40.

1974
L
13

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0001-7

6562.

~~3 Bl.~~

Se

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0002-2

~~24~~

N° 40 ~~50~~

~~N^ro 24~~

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0003-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0004-4

# COMPENDIUM LEGUM

EX

STATUTO & CONSTITUTIONIBUS

# REGNI POLONIÆ

quæ videlicet tantum ad continuum Uſum Judicantium, & Litigantium requiruntur, ex farragine Legum per Alphabetum: *ad Annum 1736. excerptum.*

Ausgeschieden
Z DUPLIKATÓW BIBLJOTEKI X.X. CZARTORYSKICH

AUTHORE
MATHIA GLISZCZYNSKI,
NOTARIO TERRESTRI PALATINATUS CALISSIENS:

CALISSII
Typis S. R. M. Collegii Karnkoviani, Soc: JESU. An: 1754.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0005-9

74213 AK, dgh

# APPROBATIO

OPus hoc cui Titulus, *Compendium Legum*, *&c.* à Perilluſtri Magnifico Domino MATHIA GLISZCZYNSKI, Notario Terreſtri Caliſſienſi diligenter collectum, & ex Statuto ac Conſtitutionibus Regni Poloniæ deſcriptum Vidi, & accuratiſſime legi, in quo omnia uſibus publicis Neceſſaria, ex farragine Legum ſelecta agnovi, fidei Orthodoxæ, nihil contrarium adinveni; proinde facultatem do: ut

IMPRIMATUR.

*ALEXANDER GORZENSKI, Primicerius Vicarius, in Spiritualibus, & Officialis Generalis Gneſnenſis, Archidiaconus, Caliſſienſis.* mpp.

Datum Gneſnæ, Die 3. Menſis Aprilis, Anno Domini, 1753.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0006-5

PRIVILEGIUM S. R. M.

# AUGUSTUS III.

DEI GRATIA

# REX POLONIÆ,

Magnus DUX Lithvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenſciæ, Severiæ, Czerniechoviæq;, nec non Hæreditarius DUX Saxoniæ, & Princeps

# ELECTOR.

*Significamus præſentibus Literis Noſtris quorum intereſt Univerſis & Singulis.* Cùm Generoſus MATHIAS GLISZCZYNSKI, Notarius Terreſtris, Palatinatûs Caliſſienſis. *Librum ſub Titulo:* Compendium Legum, ex ſtatuto & Conſtitutionibus Regni Poloniæ, *quæ videlicet tantum ad continuum uſum, judicantium & litigantium requiruntur ex farragine Legum per Alphabetum ad annum 1736. excerptum, multo labore ác glorioſo ſudore collectum, ad communem in Regno noſtro utilitătem neceſſarium, ac per* Venerabilē ALEXANDRUM GORZENSKI, Primicerium Vicárium in Spiritualibus & Officialem Generalem Gneſnenſem, *nec non per eandem Archidiœceſim Librorum Cenſorem legitime approbatum luci publicæ tradere deſiderans, Nobis humillime ſupplicaverit: quatenus præfatum Librum approbare, & ratificare dignaremur. Cui ſupplicationi benignè annuentes præfatum Librum ſub titulo ſuperiùs expreſ-*

*ſum,*

*ſum, uti & tanquam in Regno Noſtro ſummopere neceſſarium approbandum, confiirmandum & ratificandum eſſe duximus, prout quidē præſentibus Literis Noſtris de ſuprema poteſtate noſtra, & authoritate approbamus, confiirmamus & ratificamus. In quorum fidem præſentes Manu Noſtra ſubſcriptas Sigillo Regni communiri juſſimus.*

Datum Dreſdæ Die XXVII. Menſis Junii, Anno Domini MDCCLIII. Regni verò Noſtri XX. Annô.

# AUGUSTUS REX.

JOANNES KŁOSSOWSKI, Canonicus Cathedralis Premisliensis, S. R. M. Sigilli Regni Secretarius. *mpp.*

## (L. S)

Przeſtroga że nie wſzyſtkie Konſtytucye *in hoc opere* cytowane, tylko do tych materyi ktore ſą *in uſu*, y wiedzieć ſą naypotrzebnieyſze.

*In folio*, mogą ſię konſtytucyé nie zgadzać, dla tego że w przedrukowaniu ſame *Volumina* w nich nie zgadzaią ſię.

# NOM

## COGNA

Et explicatio Arboris per Regulam a

PAter & Mater, ſunt qui habent Liberos.
Avus eſt Patris vel Matris Pater,
Avia eſt Patris vel Matris Mater.
Proavus eſt Avi vel Aviæ Pater.
Proaviá eſt Avi vel Aviæ Mater.
Abavus eſt Proavi vel Proaviæ Pater.
Abavia eſt Proavi vel Proaviæ Mater.
Atavus eſt Abavi vel Abaviæ Pater.
Atavia eſt Abavi vel Abaviæ Mater.
Tritavus eſt Atavi vel Ataviæ Pater.
Tritavia eſt Atavi vel Ataviæ Mater.
Nepos eſt Filii vel Filiæ Filius.
Neptis eſt Filii vel Filiæ Filia.
Pronepos eſt Nepotis vel Neptis Filius.
Proneptis eſt Nepotis vel Neptis Filia.
Abnepos eſt Pronepotis vel Proneptis Filius.
Abneptis eſt Pronepotis vel Proneptis Filia.
Atnepos eſt Abnepotis vel Abneptis Filius.
Atneptis eſt Abnepotis vel Abneptis Filia.
Trinepos eſt Atnepotis vel Atneptis Filius.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0009-5



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0010-7

# NOMINA
## COGNATORUM
Et explicatio Arboris per Regulam aſcendentium & deſcendentium.

PAter & Mater, ſunt qui habent Liberos.
Avus eſt Patris vel Matris Pater,
Avia eſt Patris vel Matris Mater.
Proavus eſt Avi vel Aviæ Pater.
Proaviá eſt Avi vel Aviæ Mater.
Abavus eſt Proavi vel Proaviæ Pater.
Abavia eſt Proavi vel Proaviæ Mater.
Atavus eſt Abavi vel Abaviæ Pater.
Atavia eſt Abavi vel Abaviæ Mater.
Tritavus eſt Atavi vel Ataviæ Pater.
Tritavia eſt Atavi vel Ataviæ Mater.
Nepos eſt Filii vel Filiæ Filius.
Neptis eſt Filii vel Filiæ Filia.
Pronepos eſt Nepotis vel Neptis Filius.
Proneptis eſt Nepotis vel Neptis Filia.
Abnepos eſt Pronepotis vel Proneptis Filius.
Abneptis eſt Pronepotis vel Proneptis Filia.
Atnepos eſt Abnepotis vel Abneptis Filius.
Atneptis eſt Abnepotis vel Abneptis Filia.
Trinepos eſt Atnepotis vel Atneptis Filius.
Trineptis eſt Atnepotis vel Atneptis Filia.
Patruus eſt Patris Frater.
Amitta eſt Patris Soror.
Patruus magnus eſt Avi Frater.
Amitta magna eſt Avi Soror.
Propatruus eſt Proavi Frater.
Proamitta eſt Proavi Soror.
Abpatruus eſt Abavi Frater.
Abamitta eſt eſt Abavi Soror.
Atpatruus eſt Atavi Frater.
Atamitta, eſt Atavi Soror.
Matertera eſt Matris Soror.
Avunculus magnus eſt Aviæ Frater.
Matertera magna eſt Aviæ Soror.
Proavunculus eſt Proaviæ Frater.
Promatertera eſt Proaviæ Soror.
Abavunculus eſt Abaviæ Frater
Abmatertera eſt Abaviæ Soror.
Atavunculus eſt Ataviæ Frater.
Atmatertera eſt Ataviæ Soror.

Fratres ſunt Uterini, qui ex duobus Parentibus una verò Matre procedunt.
Fratres Sororeſq; Patrueles ſunt, qui ex duobus Fratribus procreantur.
Amittini vel Amittinæ qui quævè ex Sorore & Fratre propagantur.
Nepos ex Fratre, Filius Fratris eſt, Nepos ex Sorore, eſt Filius Sororis.
Neptis ex Fratre eſt Fratris Filia, Avunculus eſt Frater (Matris.
Sobrini qui ex Fratribus vel Sororibus Patruelibus, vel Conſobrinis, vel Amittinis generantur.
Conſobrini qui ex duabus Sororibus naſcuntur.
Socer eſt Viri Uxoriſq; Pater.
Socrus eſt Viri Uxoriſq; Mater.
Socer magnus eſt Mariti vel Uxoris Avus.
Socrus magna eſt Mariti vel Uxoris Avia.
Gener eſt Filiæ Vir.
Nurus eſt Filii Uxor.
Progener eſt Neptis Vir
Levir eſt Mariti Frater.
Glos eſt Mariti Soror, dicitur polonicè *ſwieſt*.
Fratria eſt Uxor Fratris.
Vitricus eſt Matris Vir liberis ex alieno viro natis.
Noverca Patris uxor liberis ex alia Matre natis.
Monogamus qui duxit Uxorem Virginem,
Bigamus qui ſecundam Uxorem duxit Viduam vel Virginem.
Trigamus qui tertiam,
Viduus & Vidua orbatus Uxore vel orbata Viro.

# I N A

# T O R U M

ſcendentium & deſcendentium.

Promatertera eſt Proaviæ Soror.
Abavunculus eſt Abaviæ Frater
Abmatertera eſt Abaviæ Soror.
Atavunculus eſt Ataviæ Frater.
Atmatertera eſt Ataviæ Soror.

Fratres ſunt Uterini, qui ex duobus Parentibus una verò Matre procedunt.

Fratres Sororesq; Patrueles ſunt, qui ex duobus Fratribus procreantur.

Amittini vel Amittinæ qui quævè ex Sorore & Fratre propagantur.

Nepos ex Fratre, Filius Fratris eſt, Nepos ex Sorore, eſt Filius Sororis. (Matris.

Neptis ex Fratre eſt Fratris Filia, Avunculus eſt Frater

Sobrini qui ex Fratribus vel Sororibus Patruelibus, vel Conſobrinis, vel Amittinis generantur.

Conſobrini qui ex duabus Sororibus naſcuntur.

Socer eſt Viri Uxoriſq; Pater.

Socrus eſt Viri Uxoriſq; Mater.

ABBATES. Quoniam non eſt tantus numerus Monachorum, quantus fuerat in ante, tenebuntur certum numerum Puerorum Nobilium fovere & hominibus Doctis dare inſtituendos per Epiſcopos locorum Conſignandos. Herb: f. 4.

ABbates nonniſi ex Patre & Matre Nobili efficiantur 1550. f. 8. aliter electus, pænis contra Corteſanos 1538 1540. ſuberit 1588. f. 469. Si illegitimè fuerit electus, Epiſcopi Electionem nullam eſſe pronuntient. In Monaſteriis verò, quæ partē bonorum extra Regnum habent, alternatim Poloni & Germani eligantur. Herb: f. 3.

Loci Ordinarius data. S. R. M. de fatis Abbatis notitiâ, Electionem acceleret, legitimè electum S. R. M. denuntiet, & preſentatum inſtituat 1588. f. 468.

Item Juventutem Nobilium per Epiſcopos conſignandam educare obligati. Herb. f. 4. & 1607. f. 835.

Fatis Abbatis ſubſecutis Diſpoſitio ad Loci Ordinarium, proventus verò ad Conventū pertinebit 1550. 1588. f. 469. Idem de Præpoſituris Clauſtralibus Reaſſumuntur ſuperiora, & ut Abbatiæ Epiſcopatibus non adjiciantur ſancitum, neque binæ uni ſubjecto conferantur. Idem & de Præpoſituris Clauſtralibus 1607. f. 835.

Coadjutoriæ ſuper Abbatias & pingviora beneficia, minorennibus & Incapacibus ne dentur 1669.

Olivenſi, Peplinenſi Monaſteriis Privileg. de liberis Electionibus approbantur, Abbates tamen Nobiles eligantur 1736. f. 63.

Lubinenſis Conventus Spopondit ante Conſecrationem Fratris electi S. R. M. intimationem facere, votum & Coſenſum petere, & non prius Epiſcopus Poſnan: adConſecrationem procedet, donec S. R. M. præſentatus fuerit & in ipſum S. R. M. coſenſerit 1460. Herb. f. 1. & 2.

Tandem concordatum inter S. Sedem Romanam & Sereniſſ: Auguſtum III. Regem Poloniæ ac Rempublicam 1736. ſubſecutum,

per Senatûs Conſilium ratificatum, quo ceſſerunt Abbatiæ in commendam 12. Tinecenſis, Lubinenſis, Plocenſis, Or. S. Benedicti, Vąnocenſis, Claræ Tumbæ, Sulejov: Vengrovien: Andrzejov. Paradiſien, Ord: Ciſter: Czervenen: Tremesn: Ord Can. Reg: Later. Vitovien, Ord; Præmonſtraten: & Præpoſitura Miechovien. Hebdovienſis Ord: Præmonſtrat: Superaddita, hæ Collationis Regiæ ſunt.

ABSENTES Remotiores poſt quaslibet 6. 7mas citentur, poſt trinam verò Convictionem Judicium ad definitivam amputata ſuſpenſione cum comparentibus procedat. Herb: f. 5. & 6 & 66.

ACADEMIA Cracov: á Thelonæis libera. Teſtimonio Rectoris credatur, quo ad merces juramenta excipiantur, Herb: f. 404.

Scholaſtici vagi pellantur, ſpoliatis opera detur, Rectori ſub vinculo juramenti Honorem & obedientiam dent, irrequiſito Rectore non capiantur, pro exceſſu per eum excluſi expellantur, forum eorundem in civilibus coram Rectore Academiæ salva appel. in Criminalibus verò Clericis coram Judicio ſpirituali, Laicis coram Deputato ad id à S. R. M. deſignato, juxta verò ſeorſivas Leges puniantur, & ad evaſiones admittantur, ſententiæ tamen Rectoris Remiſſi capiantur Herb. f. 404. & 1605 f. 40.

Præpoſitura Viſlicenſis eidem Academiæ, incorporatur 1736 f. 109.

ACADEMIA Martis Cracoviæ approbatur 1676. f 63. & 1677. f, 21.

ACCESSORIA ſic ſequuntur 1. Regeſtrum, Plenipotentia, Delator, in hac exceptione datur reſolutio, non ſubeſſe regeſtro; Teneri producere Plenipotentiam; vel teneri adeſse Delatorem. Sive in contrarium Regeſtro adinvento, *v.* ſufficienti Comparitione adinvēta Experiantur. *2dum* Acceſſorium contra Terminum à quo ex legali ratione vel libertas, vel termino adinvento proſecutio injungitur. *3tium.* contra forum, datur reſolutio non ſubeſſe foro, v è contra foro adinvento procede. *4tum* contra incompetentem Actorem, datur ad illud reſolutio Incompetenti Actore adinvento libertas à termino. vel competenti Actore adinvento Reſponde. *5tum.* Acceſſorium quod ſit actio incompetens reſolvitur Incompetenti actione adinventa partem à Termino & Cauſa liberam mittit, vel competenti actione adinventa directè reſpōdere mandat, Ad affectatā verò ſu-

rò ſu-

rò ſuſpenſionem vel adcitationem datur reſolutio pro arbitrio quæ adhuc non ſucceſſit v. g. proſequantur.

Ab Acceſſoriis citati ſolvant 1588. f. 481.

ACTA Caſtrenſia poſt ceſſum v. deceſſum Capitanei, v. ſub Interregno à promulgata Regia morte per Primatiales univerſales literas occludantur, jam verò poſt Juramentum novi Capitanei, ſub Interregno quoque poſt reſolutionem ex Comitiolis Anteconvocatialibus aperiantur. Literæ ex eis ſub Sigillo Capitanei, ex terreſtribus verò ſub Sigillo Regni extradantur. Herb, f. 10.

Actorum Petricovien: Comitialium, Tribunalitiorum & Terreſtrium ex Collegiata ad Dominicanos translátio quia conceſſa, ideo eiſdem Dominicanis ex advocatia Petricov: Civitati incorporata quotannis 15. Marcæ, ſub pæna 100. Marc. exſolvendæ deſignantur 1633. f. 52.

Actis Terreſtribus Poſnan: Archivum in Prætorio deſignatur, per Magiſtratum non denegandum ſub pæna 1000. Marc, per Notarium Terreſtrem in Officio Caſtr. ſine appellatione repetenda 1635. f. 41.

Acta Tribunalitia, Terreſtria & Succamerarialia Lublinenſia in fundo Monachorum S. STANISLAI ſerventur, iiſdemq; Monachis ex Thelonæo Lublinenſi 10. Marc. Circa feſt: Purificationis ſub Pæna 100. Marc: in Tribunali repetenda quotannis exſolvantur 1588. f. 482.

ACTIS Camenecenſibus Moniales Conſervationem non denegent, Curiam ad celebranda Judicia nunc & in poſt extruant, forum coram Loci Ordinario 1654. f. 12.

In Actis Vinnicenſibus fabricatæ Transactiones caſſantur, Extractus ad acta Terr. porrigantur intra Annum & 6. 7mas ſub nullitate 1616. f. 22.

Actorum Terreſtrium fiat poſitio ſub Interregno 1586. f. 403. & ſub tempus Comitiorum, in eadem poſitione Exemptiones judicentur 1590. f. 579. per Notarium cum Camerariis Herb. f. 116. & Cauſæ Cmethonum profugorum ibid f. 301. ſed ſub Interregno tantum ad ſuſcipiendas & extradendas Transactiones poſitio fiat 1586. f. 403. & 1587. f. 41. in Confæd. Et quoniam Notario cum Came-

rariis Cauſas nonnullas Judicare abſente Judice conceſſũ eſt in poſitione Actorum, & Inſcriptiones ſuſcipere, ex tunc Camerarii debent eſſe jurati & poſſeſſionati in illo Palatinatu, eosque Judex & ſubjudex provideat, Acta poſt expedita Judicia in Diſtrictu aperiantur 1616. f, 28. Notario Premislienſi cum Camerariis in proxima tantum Cadentia Judicia celebrare conceſſum ſubjudicatu vacante 1670 f, 30. *vide Judicia.*

Actorum Succamerarialium Lublinen: ſub Cadentia Tribun: poſitio fiat 1607. f: 854. & in P. Kijoviæ Cauſas Exempt: & profugorum cum Notario Camerarii judicent 1647: f. 17.

Podolienſium Terreſtriũ & Caſtr: Actorum poſitio, & Lvovenſiũ apertio per unam 7inam ab electione Deputatorũ ſubſequatur 1677.

Mielnicenſium poſitio una 7ma ante Judicia & una poſt Judicia ſubſequatur. 1609, f, 904.

Lublinenſium Actorum poſitio ante Cadentiam Judiciorum poſt Feſtum S. Crucis non fiat niſi Urzędov. ante Cadentiam f. 5. Urzędoviæ ad Dominicam proximam, alias verò cadentias Lublinenſes poſitio Actorum una ſeptimana præcedat, á f. 2. ad f. 5. 1601. f. 755. *vide Judicia.*

Acta Terreſtria & Tribunalitia per Judicia Terreſtria, Caſtrenſia verò per Capitaneos conſerventur, acticentur & introligentur, vacua ſpatia non dentur ſub pæna contra negligentes Officiales in foro com petenti vindicãda 1726. *Sæ.* R. M. ad unum quemque egentem pro ſuſcipienda in acta Recognitione liceat mittere, dummodo ſit mente ſanus, Herb. f. 13. & 1550. f. 7. ſcilicet miſſus à S. R. M. Secretarius audiens Recognitionem recognoſcit eam coram actis, de hoc in proceſſu Zawadzcii. Ætas diſcretio conſideranda Herb: f. 191.

ACTA Metrices non ſumuntur pro documento in vindicatione alienatorum contra Statuta 1562. f. 17.

In Acta Metrices facta ſibi communicatione Privilegia inſcribantur. Præfectus Metricæ debet eſſe Nobilis & poſſeſſionatus Salarium habet ex Theſauro Regio 500. flor. 1699. f. 9. Deperdita Privilegia ex actis requirentibus extradantur *ibid.*

ACTA Chęcinenſia in Eccleſia ibidem prævio Conſenſu Epiſcop. Cracov: ſerventur 1588. f. 487.

Libri

Libri Caſtren; Majoris Poloniæ per ſucceſſores Capitaneorum ſub Pæna 100. Marc: reſtituantur Herb: f. 10.

Unus ſit liber Decretorum Herb: f. 10.

Quoniam multi extractus ex Actis Caſtr. Kijovienſibus inveniebantur Transactionum in Actis irreperibilium ex tunc acticentur intra Annum & 6. 7inas ſub nullitate 1616. f. 26.

ACTIONES finium regundorum, Herciscundæ Familiæ, & Redemptionis Bonorum evaſione non ſiſtuntur, idem de inſcriptionibus & de re judicata Herb, f. 6.

ACQUIETATA pro re concitans pænis perſonalibus & refuſione expenſarum juridicarum prævio moderamine evincendarum puniatur 1726 f. 43.

ACTORE incerto ne quis procuret vel citet ſub pæna piętna dzieſta Herb: f. 6. & 8.

Actore abſente in criminalibus non judicetur, niſi convicto citato Herb. f. 6.

Actor terminum ſi amiſerit iterum citet Herb. f. 7.

Actor Citato terminū communicet *ibid.*

Actoris teſtimonia viſio *ibid.*

Actor Cauſam Anno & 6. 7inis non continuans, legitima ratione excepta, cauſa cadit *ibid.*

Actore ſe ad Comprobandum trahente, dum reus ſimpliciter negat admittatur, exceptis Cauſis in quibus de jure ſemper Actori incumbit probatio. *ibid.*

Actor interceptor actionis rejicitur, primum Actorem locum habere declaratum eſt, donec actio finiatur Herb, f. 153.

Actore *v* reo mortuo cauſa intra annum & 6. 7inás revificanda eſt, alioquin evaneſcit Herb. f. 8.

Actores in fine condemnandi ſub nullitate Condemnationis Herb. f. 90.

Actor ſtante lite Citatum, Citatus Actorē ſi occiderit, priùs de homicidio reſpondeat, et ſi ſe non expurgaverit, in primitiva cauſa cadat, & pænas luat 1576. f. 299. in Except, Maſov:

Actori ſemper eſt terminus peremptorius, liceatque ei quod & reo Herb. f. 6.

Actor ſequitur forum rei.

ADVI-

ADVITALITAS fiat juxta formam ſtatuti Herb, f, 6.

Domina advitalitialis tenetur onera mariti ferre, & pro profugo reſpondere, abuſu verò advitalitas evaneſcit, Præjudicata.

In poſſeſſione bonorum Regalium, cum eſt Conjugibus advitalitas conceſſa, & unus Conjugum moritur, ſuperſtes relinquitur 1562. f. 19.

ADVOCATIÆ Scultetiæ, Mineræ Ferrariæ Reviſioni non ſubjacent 1567. f, 137. & 1598 f, 689. neque Luſtrationi 1601, f, 729, & 1647. f. 8.

Capitaneatibus Advocatiæ non adjiciantur 1607 f, 836. & 1620. f, 6. 1647. f. 8. & 1662. f. 15.

Advocatiæ per Plebeios poſſeſſæ pro vacantibus declarantur, prævia exſolutione ſummarum & ſumptuum, reſervātur quoque 10 advoatiæ pro Curienſibus Aulicis S. R. M. 1662 f. 15.

Plebeiis ne dentur 1736. f. 56. exceptis perſonis meritis diſtinctis *ibidem*.

AGRO in alieno qui ſeminat, ſemine privetur cum pæna XV. Herb, f 13.

ALTERNATA Palatinatuū Poſnan: & Cracovienſis 1569. f. 180.

AMNESTIA áb hinc non dabitur 1609. 1623 1614, 1662. 1667, 1699, 1736 conceſſa ſalvis privatorum injuriis 1717, f. 39, & ſalvis Laudis conceditur, Invaſiones, ſangvinis non Jure belli effuſiones, Incendiariatus, & ſimilia in foro competenti, in Tribunali verò ex quovis regeſtro vindicentur, objiciens verò & ſcripto vel teſtibus non deducens, pænâ Talionis puniatur 1736 f. 92.

ANNATÆ pro neceſſitate Regni relinquuntur Herb: f, 147. 1567 f, 134. ad quartam adjunguntur 1569. f. 184. & 1576. f, 262. & 1607 f, 834.

ANNUS pubertatis Duodecimus, diſcretionis 21, apud Saxones dicitur, ſed juxta leges Regni 25, Tutores itaq; poſſunt Pupillis bona reſtituere, dum pervenerint ad 15. Annum, ſed Pupilli obligare & vendere non poſſunt ſine amicis, donec habeant 24 transactos Annos Herb: f, 14.

APISTERIA ſubditi Regales in fundo Nobilium ne faciant 1550. f. 7.

APO-

APOSTATÆ Convicti exilio puniendi contraque eoſdem & Arrianos etiam ſub tempus Interregni Leges exequantur 1633. f. 10. & 55 1668. f. 5. 1674 f. 5 & 1697. f. 8.

APPELLATIONES non admittuntur in Cauſis ratione injuſtè exacti Thelonæi pro adminiſtranda Juſtitia, & ante definitivam Herb f, 273.

Ratione cenſus 1635. f. 9.

In Cauſa Diviſionis, niſi fuerit de juribus disquiſitio 1576. f. 36.

Ratione legi ſumptuariæ contraventionis 1655. f, 37.

Ratione ſimplicis injuriæ, ubi probet *v.* evadát, tum pro vulneribus, & ad liquidas inſcriptiones 1669. f. 10.

In executione rei judicatæ 1647. f. 8. & 1670. f, 21.

In Cauſis liquidarum Exemptionum, Deductionis ſcrutinii, & ad recognitionem 3000 non excedentem (excepta fabricatione) pro taxa Capitis Plebei, pro extraditione ſubditi, pro decima liquidi juris, & injuriarum Terreſtrium, Raptuum, pro taxa 500. Marc: à levi acceſſorio, & in cauſa limitum niſi ex Campo, ſalvis tamen Proſecutionibus 1670 f. 21.

In Cauſis Fiſci 1562. & 1578 f. 7.

Cauſæ verò Spiritualium in Criminalibus & Civilibus intra Regnum decidantur 1607. f 835.

In Palatinatu *Podlachiæ* ratione Cmetonum, vulnerum Nobiliū ratione depaſtionis, tum debitorum Inſcriptorum, rerumque non fallibilium (prout in Maſovia vi Conſt: *1569* f. 193. idem obſervatur) nec non ratione fidejuſſionis, lignorum exciſſionis, piscium expiſcationis, pratorum falcaſtrationis, & ſepimentorum, pecorum abactionis non erat admittenda Motio 1569 f. 192.

Niſi à perimenti Acceſſorio damnum vel lucrum poſt ſe trahente admittantur appellationes 1557. & 1588 f, 481.

Judex ex re non admiſſæ motionis pro damnis non citetur ſub pæna duplici 14. Marc. ſalvis proſecutionibus *ibid*: & etiamſi fuerit ſententia ejus retractata, nihil Honori noceat, excepta partialitate 1726, f. 42.

Appellans ab acceſſorio Citatus, ampliùs recedere non poteſt 1557. & 1588. f 481.

Palat.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0019-1

Palat. Kijov. Braclav, Wołhyn, & Czerniechovienſi, in Cauſis Officii Lublinium appellationes (exceptis fisci & incarceratorum) admittantur 1613. f, 13, quam 1638 f. 16. omnes Palat, ſuſceperunt. Appellatio à Judicio Exercituum Ducis ad Tribunal libera 1609. f. 888. & 1613. f. 2.

A. Judicio accidentali. aliás *potoczne Sądy* Varſav: abſēte Majeſtate ſeſe celebrante, Nobili ad Tribunal inter Terminos tactos, Plebeio poſt Curiam in Cauſis 300. flor excedentibus appellatio admittatur 1658. f. 46.

A qua ſententia non fuerit appellatum, tranſit in rem judicatam 1368, Herb, f. 16.

Et qui appellat non judicetur 1447. Herb.

Motio Judicis intermiſſa reſtituitur in uſum 1538. Herb f. 272.

Judicis Caſtr. motio omiſſo Capitaneo fiat 1368. Herb. f. 16.

Appellatio à male obtento admittenda 1588. f. 68.

APPROBATUR Laudum Palat. Podoliæ intuitu adminiſtrandæ juſtitiæ 1601 f. 745.

Approbātur fundationes manuales 1703. f. 22.

Approbatur Scriptum inter Mareſchalcos in ordine boni Ordinis 1647. f. 43.

Approbatur Commutatio Cywna probonis *Brąſzewice* 1638. f. 45.

Approbatur Commutatio Głuchowa in Palat, Cracov, pro bonis *Grodziſko & Rokutovo* 1641. f. 24.

Approbatur Commutatio fundorum *Wolczatycze Sukrow* pro ſtagno Otvinovienſi 1641, f, 27.

Approbatur Commutatio fundorū *Gutkowa & Łopacina* 1641 f, 31.

Similiter Pocillatoris Mscisłav, cum Dobre 1641 f, 33.

APUM fur, ſi teſtes illi defuerint & ſit bonæ famæ, expurget ſe juramento Herb. f, 14.

Succidens arborem cum apibus, parti Marcam, Judicio alteram ſolvat et ſi aptam ad apes ſucciderit parti Marcam, & Judicio Mediam ſolvat Herb, f. 15.

Mellificia poſſidentes Cmethones in Nemoribus alterius Domini, & ſub alio Domino degentes, Domino Nemoris reſpondeant, & pro tributo judicio ejus ſubjaceant Herb, *Ibid.*

ARBO-

**ARBOREM** fructiferam excidens, 12, groſſos ſolvat, cum pæna XV, quæ eſt 3, Marc, Herb, f, 17.

Plantationes & inſertiones Pomarii extirpantes, etiamſi proprias, pænâ 6, Marc, puniantur *ibid.* & medietas relinquatur. Idem f, 300,

**ARCHIEPISCOPUS** Gneſnen, ſolus Jus coronādi Reges juxta Privileg: Caſimiri 3, habet 1550, f, 3, ejusque circa trinam Regiæ Majeſtatis monitionem debitum 1609 f, 886,

**ARESTA** Cauſarum in omni judicio ad 23, horam, excepta die determinationis judiciorum admittantur 1588 f, 484, Idem Palat: Wołhyniæ, Kijoviæ, & Braclav, in omnibus Cauſis reaſſumitur 1601, f, 744, In Tribunali quoque Petricovienſi ibidem, ubi judicia celebrantur acclamabuntur, Remiſſiones ad Stubam ſive Lublinium ne fiant, Areſtans Cauſam, ab areſto recedere non poteſt, ſub nullitate Condemnationis, & pænis arbitrariis 1726 f. 39. Sed Lublinii in Cauſis ex appellationibus Areſta non currunt, 1670. f. 19.

Areſtari poſſeſſionato pecunia non poteſt, niſi prætenſio ejus ſubſtantiam prævaluerit. Herb: f. 18. & in Except: Maſov: 1576 f. 301. ſed fidejuſſio loco Areſti ſufficit, qui autem ad Areſtum Anno & 6. 7mnis non agunt, evaneſcit. In eiſd: Except: *ibidem.*

**ARIANI** pænis Criminalibus puniantur, Authores tanquam pro pæna Perduellionis inter Cauſas Mixti fori cuivis reſpondeant, & de Regno in ſpatio 3. Annorum exire debuerant 1658. f. 1. 1659. & 1661. Super verò eiſdem inſervientes pæna Capitis 1661. f. 19. & 1670. f. 19 reaſſumptum omne 1674. f. 5. in Confæd: contra eoſdem, tum Quacieros, Memnoniſtas, Anabaptiſtas, & Apoſtatas A Conſt. verò in rē Diſſidentium latis excipiuntur, forum contra ipſos ubiquinarium 1669. f. 10.

**AROMATA** debito pretio vendantur, aurum & argentum filatum ſub Confiſcatione non advehatur. Herb: f. 18. Doctores quotannis Apothecas revideant, Aromatarii omnia oſtendant ſub Confiſc: Contumaces res vetuſtas habentes Regi & Conſulatui deferant. Herb. f. 19.

**ARMATA** Hoſti recepta cedat Reipub. 1661. f. 2.

Captivos Hoſtes adducentes præmiabuntur *ibidem.*

**ARTICULI** Caſtrenſes Ignis, via, fæmina, Domus. Herb: f. 54.

ARTILERIA, de hác Conſt. videantur 1576. 1625. 1637. 1638. 1641. 1659. 1670. 1673. 1677. 1678. f, 26.

ABRENUNTIARE ſi quis voluerit Subſtantiæ poſt Parentem vel ſucceſſivœ, nolens ferre onera, debet ejurare, prout de eadem nihil quidquam participavit, nec ſe participaturum ſperat, imò eiſdem bonis abrenuntiat in perpetuum,quia videlicet abrenuntiatio, reſpicit præterita, præſentia & futura hæc eſt conſvetudo.

BANNITUS, in Domo Nobilium, niſi prævio conſenſu Patris familias, non capiatur, ſed eundem fovens pro complicitate reſpondeat ſalva evaſione 1588. f. 466. Sed alibi Capiatur & detineatur. *ibid.*

In Palat. verò Podlachiæ niſi Jure vincens Bannitum, poteſt pro Complicitate Banniti convenire 1607. f. 848. & in P. Kijoviæ 1611. f. 18. Idem de Cyngaris.

Bannitio ignorantia ſufferatur 1588. f. 468.

Relatio pro Caſsanda in proprio Diſtrictu ubi bona conſiſtunt Citati, cum perſonali vel etiam per ſpecialem Plenipotentem Approbatione Actores 4. Septimanis ante incidentiam Cauſæ recognoſcatur, ſub nullitate Caſſationis 1616. f. 7. 1670. f. 22. & 1726. f. 39.

Bannitio ſi alicui objecta in judicio fuerit, ſi juraverit ſuper ignorantiam, locum ſtandi habeat, 1588. f. 468.

Bannitus poſtquam fuerit acquietatus, debet Caſsationem procurare in 12. 7mnis, interim locum ſtandi hábeat, aliud eſt ſi per Decretum Condemnatio caſſata fuerit *ibidem.*

Sublevationes ſuper Condemnationes ne dentur Poſt curiales *ibid.*

Bannito tempus ad componendum cũ parte, & ad recognoſcendas Tranſactiones 12. 7mnæ *ibidem*

Bannitio ratione Thelonæi ubi obtenta, ibi ſufferatur 1616. f. 14. de Bannitis in Regno & M. D. L. reciproca fiat executio 1589. f. 529. & 1659. f. 49. & hoc de Infamibus.

Bannitus licèt acquietatus, debet ſuffere Bannitionem in Tribunali, ſancitum pro re Palat. Wołhyniæ 1589. f. 543. Liceatqué ei ſublevationem accipere, & pro caſſanda jure Regni agere in ſpatio 6. Menſium *ibid.* de Bánnito Capitaneus Executionem facere renuens, pro prima & ſecunda neglientia pænam 100. Marc. luat, pro tertia privatio Officii, forum in Tribunali *ibidem.*

Banni-

Bannitorum in Criminalibus per 8. Menſes pro ſufferendo non agentium bona tradantur parti 1564. f. 60.

Bannitiones evocatoriè & abſque relatione in proprio Diſtrictu recognita obtentæ, caſſantur, 1676, f. 29.

Bánnitus legitimè, in omni Judicio, à loco ſtandi arceatur, & voce activa privetur, ſi non ex aliena Inſcriptione obtenta eſt Condemnatio 1726. f. 39.

Bánnitiones plurimas ex una inſcriptione, præcipuè in diſtinctis Actoratibus ſub pæna pecuniaria & nullitate illarũ nemo obtineat *ibi*.

Tandem Bannitiones acquietatæ ſint ſine pænis in reconciliationem Legis *ibidem*.

Bannitiones non cognito negotio non ſufferántur *ibidem*.

Indicentes circa alienam Inſcriptionem, dummodo Connexionem Cauſæ habeant poſsunt diſjudicari, ſed recedentem non poſsunt Condemnare, ſed ſolus tantùm Inſcriptionis Actor, ſub pæna 200. Marc. parti, Judicio per medium & nullitate proceſſus *ibidem*.

Bannitus ſi ſe defenderet, traditionem impugnando, Nobilitas Terræ cũ Capitaneo movebitur, ipſe verò Turri includatur Herb. f. *21*.

BENEFICIA juris Patronatus Regii Indigenis dentur 1573. f. 209.

BOMBARDAM onuſtam in Civitatibus nemo portabit ſub pæna 14. Marc. & bombardam amittat ſub pæna duplici 14. Marc. forum in Caſtro 1557. f. 10. pæna contra impoſſeſſionatos aucta ad 100. Marcas 1598. f. 706. Impoſſeſſionatus verò ad ſolutionem pænæ Turri detineatur, in Comitiolis, Congreſſibus, Judiciis, foro, Nundinis, Conviviis, nemo bombardas portabit, reſponſurus in Off. Caſtr. ſive Judicio Terr. ſine appellatione 1581. f. 372. Denique pænalitas ſuper Plebejos Cápitis ſancita, areſtati ſtatuantur, terminus peremptorius 1599. f. 706.

Reaſſumuntur ſuperiora, Turris verò non denegetur ſub pæna 100. Marc. victus ad partem ſpectet, ſalva actione cum parte ratione indebitè objectorum 1611. f. 3. Sed demum hoc in Anno pæna Aucta ad 200. Marc. parti & Judicio per medium, ſuper verò impoſſeſſionato Seſſio Turris ad Annum ſuſtinenda ſub pæna Infamiæ ſalva Appell. forum in Caſtro, Capitaneo verò in viciniori *ibid*. f. 9. Videtur iterum hæc pænalitas aucta ad 1000. Marc: ratione cum bombarda

ad Judicium adventus 1616. f. 3. Reaſſumuntur præmiſſa pro parte Palat. Plocenſis, Maſoviæ, Lancicienſis & T. Dobrinenſis, & prævia Inquiſitione in 2dò termino pœnæ Criminales ratione abuſus ſancitæ ſalva appel. Idem de Eccleſiis 1638. f. 298.

BONA nullo jure receptà poſſunt vindicari præſcriptione non obſtante 1581. f. 373. de hoc ſuperiores & inferiores Conſt. videantur 1562. f. 25. 1563. f. 41. 1569 f. 196. 1578. f. 328. 1588. f. 460. 1607. f. 834. 1611. f. 18.

Bona Menſæ Regalis Spiritualibus ullo titulo ne credantur Herb. f. 45. & 1590. f. 577 & 1633. f. 26, neque in onerentur 1635. f. 6. Privilegia & Literæ poſt Coronationem A. 1633. emanatæ caſſantur, *ibidem* f. 7.

Idem de bonis Æconomicis 1607. f. 834. quæ plus offerentibus Nobilibus dimittantur *1638.* f. 3. *1669. 1674. 1699.* f. *16.* ex his ſi quid Adminiſtrator alicui dederit uterq; eorũ pœnæ *10000.* Marc. & Iudicio per medium per Inſtigatorem *v.* Nuncios repetendæ ſubjacebit *1638.* f. 3. & *1641.* f. *1.* Et alienàri non debent *1607.* f. *841.* Et ſiquis ex præmiſſis bonis áliquid impetraverit pœnæ privationis et peculatus ſubjaceat *1633.* f. *51.*

Bonorum Æconomicorum auctio prohibita *1633.* f. 33. Talium poſſeſſor pœnæ peculatus ſubjaceat *1633.* f. *31.* Deinde ſit infamis *1699.*

A Conſiſtentiis & Stationibus hæc bona & Menſæ Regiæ libera & à hibernis *1655.* f. *30. 1673.* f. *18. 1676.* f. *63.*

Tenutarii ſi fuerint injurioſi debent jure Terreſtri conveniri pro injuria Herb. f 43. Capitaneus verò pro injuria nomine limitum illata coram Rege reſpondeat Herb. f 44. Nobiles verò non Capitanei Commiſſiones impetrent. Herb. f. 43.

Bona *C*ivitatis Cracovienſis poſſidens, nequé Nobilis neque Civis *C*racov. exiſtens, amittit eá fiſco *C*ivili cedenda, forum in *P*rætorio *1635.* f. 30.

Commutationes in Acta *C*omitiorum inſcribantur, in Iudicio Terreſtri publicentur, Poſſeſſores per Miniſterialem à Iudicio Terreſtri additum intromittẽtur *1569.* f. *186.* Invitis Hæredibus ne fiant *1646.* f. 4.

In Palat. Ruſſiæ *1647.* f. *35.* & in T. Bielſcenſi *C*ommutationes approbatæ *1569.* f. *152.* & in Palát. Volhyniæ *ibidem.* f. *159.*

Bona

Bona pro Exulibus diſpoſita 1662. 1667. 1673. Conſtitutione 1699. in naturam Terreſtrem transmutata ſunt, reaſſumptum 1717. f. 13.

Bonorum Regalium novus donatarius quadruplam ſolvat, Privilegiô producto ſub privatione 1659. f. 13.

Poſt deceſſum Poſſeſſoris Inventarium bonorum pro parte Theſauri conſcribatur & juxtá anterius à Succeſſoribus Poſſeſſoris recipiatur, 1562. f. 22. 1569. f. 184. 1607. f. 834. & 1641. f. 12.

In terris Pruſſiæ qui non eſt ratione bonorum Regalium disjudicatus amplius non inquietabitur 1598. f. 703. & in Palat: Ruſſiæ, Podoliæ, excepta Litis pendentia 1588. f. 457.

Bona Duciſſæ Neyburſcenſis jure Terr: gaudebunt 1717. f. 12.

Bona Terreſtria pro Regalibus impetrans puniatur 1633. f. 39. & 1647. f. 19.

Bona Mnichovſce utraq; à dationibus & Laboribus ad bona regalia ſpectant. libera 1620. f. 23.

Bona Spiritualium fundationis Regalis Expeditioni bellicæ non ſudjacent niſi fuerint ſalvis oneribus Reipub: fundata 1667. f. 75.

Bona Terreſtria hibernæ non ſubjacent, ſuper impetrante aſſignationem pæna Infamiæ in Caſtro viciniori extendátur 1654. f. 7. in Palat: Wołhyniæ etiam Spiritualia libera 1588. f. 475. & Zubowczyzna cum attinentiis 1736. f. 115. & ſoień: *ibidem* f. 117.

Polono in M. D. L. Lithvano verò in Regno libera ſit bonorum acquiſitio 1569 f. 175.

Alienatio ab Eccleſiis bonorum niſi ex juſtis rationibus prævio Conſenſu fiat, alioquin in Iudicio Terreſtri vindicationi ſubjacent 1588. f. 469.

Bona ſtabilia Religioſi non emant niſi Roma conſenſerit 1635. f. 7.

Bona Terr: ad Spirituales non alienentur ullo modo *ibidem*.

Et ſi quis ad Religioſum ſtatum tranſiverit, extunc ante profeſſionem bonis in rem ſæcularium diſponat, aliàs hoc tempore exſpirato, liceat Conſanguineis, *v.* iis nolentibus cuivis Nobili bona juxta Taxam per Judicium Terreſtre cum 2. Nobilibus è proximioribus ſub nexu juramenti faciendã ſumma repoſitâ occupare *ibid.*

Bona in vim Reemptionis Spiritualibus obligata prævia ſolutione quotannis Cenſûs per 7. in poſſeſſione hæredum maneant, licet-

qué eadem Hæredi exemere, poſita Citatione 12. 7mnis ante terminũ, vel in Caſu renitentiæ in levanda, apud Loci Ordinariũ, *vel* in Capitulo *v.* in Officio proprii Diſtrictus ſummã reponere, evadendo Cenſus *ibid*: Eædemq; ſummæ medium pretii Bonorum non excedant, forum in Judicio Terr: & Judicium in facie Nobilitatis cognita legi contraventione Cauſam ad Regeſtrum Mixti fori ad Tribunal remittet pro reſcindendo Contractu *ibid*: *f. 9.*

Pro Cenſibus retentis forum in Judicio Caſtr: ſinè appel: *ibid.*

Conſtitutio Superior 1635. reaſſumitur 1678 f. 18.

Bona Kiełczewo & Korablewo in D. Coſtenſi pro educatione Juventutis fundata à ſtationibus ſub pæna 1000. Marc: libera forum in Officio Caſtr; ſinè appell. 1649. f. 8.

Bona hæreditaria jure Caduco alicui collata, non obſtante præſcriptione ſubſunt vindicationi in Tribunali 1661. f. 31. & 1667. f. 3. non derogando Decretis Tribun: & Comitialibus.

Bona Terreſtria quovis modo, niſi per Nobiles poſſideantur *1613.*

Bona Regalia jure hæreditario collata, pro jure fæudali non cenſeantur 1576. f. 255.

Bona Sæ R. Mtti. donata niſi in Comitiis vindicentur, 1562. f. 25. 1578. f. 186. 1569. f. 186. Sed in poſt id vetitum 1699. f. 5. & 1736. f. 55.

Bona Hæreditaria à Nobilibus non alienentur 1635. f 8.

Spirituales ex bonis Patrimonialibus ſeu quæſitis ſervitium bellicum per ſubſtitutos obeant *ibid.*

Bonis confiſcatis Rex diſponat 1562. f. 15. Scilicet Medietate.

In LIVONIA Młockiemu 8000. ad extenuationem aſſecurantur 1607. f. 866. 553444 flor. gros. 21. den: 9. Super bona Knyſzyn & Goniądz in Palat. Podlachiæ ab Orſzety contractam Oginſki Palatinus Culmenſis defalcata ſumma Centum Milliũ extenuabit ad Octavam lineam deſcendentem 1676. f. 27.

Super bonis Dorſzynenſibus Oginſkiemu 8000. primo ad extenuationem 1607. f. 866. deinde non ad extenuationem aſſecurantur 1609. f. 910

Summa 80000. Ducibus Radzivilom circa Legationem ad Curiam Romanam erogata in receſſu 1703, 1717, 1726, 1736, f. 114 Similiter Ogińſkiego.

Sum-

Summa Noſkowſkiego, ſuper Makowo in dubium non vocetur, 1590, f. 582.

Summa Oborſkiego, ſuper Szerſtenica Mille aureorum approbatur, *ibidem* f. 588

Summa 5000, ſuper Caſtro Sieſvicenſi Karchowſkiemu aſſecuratur, & ejus Succeſſoribus, 1589, f. 531.

3000, Baworowſkiemu, 1593, f. 646

500, Marc. Felinſkiemu, ſuper Babinice ad 60. Annos, 1611 f. 15.

5446, Flor. groſ 15, ſuper Capit. Chęcinenſi Branickiemu, 1616, f. 7.

3000, Super Zukowo Korycinſkiemu, ad Annos 50. 1607, f. 854.

5000, Szyſzkowſkiemu ſuper medietate Borkowa ad exſolutionem *oraz z ſtara ſumma* 1616 f. 8.

6000, Ziernickiemu ſuper Grzybowo Advocatia in Sieradz ſimiliter, *ibidem*.

10000, S. Reginæ Conſtantiæ ſuper Olita, *ibidem*, f. 42.

5000, Super Tenuta Zyzmorſcenſi Duci Radziwił, *ibid.* f. 44.

2000, Super Serkowczyzna & Bezſolica Podbielſkiemu 1589, f 535.

4000, Kiſzce ſuper Bolniki ad Exemptionem, 1623, f. 15.

2000, Wołkowi in Capitaneatu Vielicenſi, 1589 f. 531.

12000, Połockiemu ad extenuationem ad Annos 50, 1609, f. 899.

100000, Super Tenuta Olſzynenſi ad extenuationem 30, Annorum 1631, f. 8.

4000, Łowickiemu ſuper Swiętoſławice ad exemptionem, *ibid.*

150000, Sobieſkiemu ſuper Capitaneatu Gnivenſi ad quartam progeniem, à tempore ejus obitus, à Succeſſoribus inchoando, exempto Juris ſuper Słuchowo aſsecuratur 1673, f. 14. Quam electus in Regem Reipubl: donavit, 1674, f 23.

5660, Lużeckiemu ſuper Pokaniewo & ejus Succeſſoribus, 1673. f. 16.

Summæ Sapiehow ſuper Szawle, Wolpie & Retow approbantur *ibidem* & 1674 f. 34.

Hæc Æconomia ut eximatur ſolutione ſummæ 600000. S. Regi conceſſum ad exemptionem, 1678, f. 6.

12000, Kobełeckiemu ſuper Grzędzie ad extenuationem 1676, f, 52, deinde ad exemptionem per futurum donatarium, 1677. f 24.

2000,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0027-2

2000, Rożance approbantur, 1676, f. 53.

Commiſſio ex re Reparationis Czermna approbatut *ibid.* f. 63.

6000 Super Skotniki Majus Gołuchowſkiemu approbãtur, 1678 f. 24.

Debitum Arciechowſkich exſolvatur, 1690, f. 19.

Potockim in futurũ durante bello quotannis 4000, exſolvantur ex re apprehenſæ eiſdem poſſeſſionis Czartkowá, 1690, f. 18.

40000, Sieniáwſkiego in receſsum, 1690, f. 13.

13000, Succeſſoribus Fromholda de Ludynghaus Wolff, exſolvantur, 1690, f. 19.

1053, & 875, Szymanowſkiemu ſimiliter, *ibidem.*

30000, Succeſsoribus Boratyniego ſimiliter, *ibidem.*

2000, Aureorum Hungar. per Matczyńſki pro emundatione Foſſarum Lvovenſium diſpoſita per Theſaurũ exſolvãtur, 1703. f. 19.

Receſsus Gratitudinis Ordinati Zamoyſcenſis ratione ſummæ ſuper Tworyczowo, Kitowo, & Zrzebce. 1717.

Prætenſiones Mięczyńſkiego & Succeſsorum Lipſkiego ratione ſũmæ 10000, Super Capitaneatu Inowłodenſi in receſſu 1690, & 1717. f, 77.

Reparatio Walycźa approbatur, 1673, f 28.

Variæ quoque aliæ ſummæ ex onere Reipublicæ in Volumine Legum reperiuntur, quæ ſunt ad Theſaurum pro ſatisfactione remiſsæ, vel per futurum donatariũ ad exſolvendũ demonſtratæ.

In Palat: Podlachiæ Poſſeſsores ad reproductionem Jurium & Privilegiorum ſuper bona hæreditaria & ſuper Commutationes ſub S. Sigiſmundo Auguſto factas non ſtringantur, & ſi Inſtigator eoſdem citaverit, vel ſi quis talia Bona per Privil: obtinuerit, pænæ 1000 Marc. in Tribunali Repetendæ ſubjacebit, 1688, f. 479.

In Palat Ruſſiæ, Podoliæ, Podlachiæ ſi quis bona Terreſtria pro Regalibus impetraverit, reſpondeat in Tribunali Lublin. damna refundat, & pæna 2000. parti & Judicio totidem puniatur cum nullitate Privilegii. 1649, f. 19

Ad Bona Kaſzki cum attinentiis Morſztynowi libera ſciſſura in Bonis Guzovien. & Kozlov. pro reparatione conceditur, Privilegium approbatur, 1678, f. 29.

Pleſo-

Pleſowice Judyckiemu Jure Hæreditario collata & Privilegium ſuper Conſervationem Prædii Kamionka, & Conſt: 1661. approbatur, 1677. f. 18.

Villæ Czereſa & Heliſcze in Palat: Braclavien: Zawiſzy ſunt collata, 1677. f. 21.

Oppidum Mſczonow & Villa Zator in Terra Sochaczev. Radziejewſkiemu onerata *Jure Hæreditario* ceſſerunt, 1678, f, 29

Bona Conventûs Clari Montis Czeſtochovien: à hibernis ſtationibus, ſub pæna 3000. Marc: & Infamiæ, ac refuſione damnorum, libera, forum in omni *Judicio*, 1676. f, 50.

Olewinſki ratione Villæ Czerepowa in Diſtrictu Laticzovien: per Inſtigatorem Regni non impediatur, 1676, f. 63.

Ad Bona Chorzewo, & Złotniki in Sylva Sandomirien: libera ſciſſura Conceditur, & in Villa Przykupno prope Viſtulam Granarium pro commodo earundem Villarum exſtuere conceſsū. 1676. f, 64.

Ad Kościelniki ex ſylva Niepołomſcen: quatuor Currus Arborum qualibet Septimana conceduntur, *ibidem* f. 66.

Jazdowa in Terra Varſavien: Lubomierſkiemu *Jure* hæreditario collata, 1683, f. 16.

Bonis Godzkiego Pocillat. Sandomirien: in Palatinatu Sandomirienſi, libera ſciſſura nemorum Kozienicen: & Strumiecen: conceſſa in perpetuum, 1685, f, 18.

In Palat. Kijoviæ, Bracławien: Wołhyn. Czerniechow. Podlach. Terr: Bielſcen: Drohicen: Mielnicen. Nuren. Bonorū Spiritualiū Patrimonialium fundationis modus, Incolæ verò Kijoviæ, Braclav: & Wołhyniæ ſinè *Jurium* productione ante unionem habitorum prout bona poſſident, poſſideant 1569, f. 166. & 1611. f. 32. Deinde in Palat. Kijoviæ, Braclav. & Czerniechoviæ, qui ſuper hæreditatem *Jus* reproducet, & poſſeſſionem ante Annum. 1648. deducet, vel proceſſum remonſtrabit ad ſufficientiora documenta non ſtringatur. Caſu verò improbabilitatis Citatus propior ad *Juramentū*, Creditores quoqué non poſſunt ſummas repetere, donec Poſſeſſor certus conſtituatur. Aliis verò Palatinatibus, quibus Securitas Bonorum ac Honorum cauta ex re Inſcriptionum in Actis combuſtis reperibilium detur Inquiſitio per 12. Teſtes, & probatio Parti cum 6. Teſtibus decernitur. 1654. f. 9.

Minorennes verò dum ad Annos pervenerint, circa Manifeſtationem Genealogiam ad Acta porrigant & hæreditatem 12. Teſtibus probent & pars propior comprobet, 1658, f. 24 Similiter debita 6. Teſtibus probanda ſunt præſcriptione non obſtante, *ibidem*,

Documenta Authentica ad Acta proprii Diſtrictus porrigantur, Cognitioni Capitanei & ejus Offic. ſubjecta, Capitaneus verò in ſuo negotio Officialem Terreſtrem ſubdelegabit, *ibidem*. Reaſſumpta eſt hæc Conſt. 1654: Palat. Kijoviæ, Vołhyniæ, Braclav. Czerniechoviæ, & ſi quis ratione Hæreditatis citaverit, citatus verò Inquiſitione probaverit, quod ante Annum, 1648 quà hæres poſſeſſioni inſiſtebat, ex tunc damna prævio *J*uramento Actor in Tribunali cum pæna 1000. Marc. reſtituat. 1661. f. 31. Sed ſi id privatus fecerit, extunc bonæ fidei poſſeſſor poſſeſſionem ante revolutionem Anni, 1648 & deperdita documenta tenetur evincere, & damna ei refundantur præſcriptione non obſtante, *ibidem*.

Bona Terr, modo donationis, emptionis, hypotecæ, vel alio quovis *J*ure, niſi per perſonas *J*uri Terreſtri ſubjectas, & paritate & æqualitate gaudentes poſſideantur, *J*ure verò Caduco niſi Indigenis conferantur, 1631, f. 3.

Bonorum Zywiecen. ſolutione ſummæ 6. 0000 floren. exemptio præcauta, & ſi per Rempubl. exempta fuerint, in Naturam Regalium mutabuntur, ſi verò per Nobilem, extunc cenſebuntur pro hæreditariis, ratione granitierum ita reſpondeant, prout ex Terreſtribus, ad exemptionem verò Capitaneus Zywiecenſis, ſit poſſeſſionatus. 1631. f. 3.

Prædii Starołęka & Czapura *C*armelitis Pomancen: 1413. Collati approbatio. 1633. f. 52.

Villa Folwárki ad præpoſituram Stobnicen; ex quo in Fundis Poświątne, & in parte, in Terr: Fundis & Piis Legatis fundata, à Stationibus & hibernis libera, Forum in Tribunali, 1673, f, 21.

Oppidum Dobrowniki & Villa Dęblin in D. Stężycen. Lubomierſkiego Summis ſubjecta, per Mniſzek Mareſchalcum Regni quæſita, eidem Jure hæreditario, cum Jure Patronatus Eccleſiæ Dobrovnicen: Tranſactionibus approbatis ceſſit 1726, f, 41.

Szarawka Jure hæreditario donata Pretwiczowi 1578, f. 78.

Kotali-

Kotalina, Kiryko, Rozynſki; 1581. f. 79.
Bratkowice Taranowſkiemu ad 10. Annos, in 10000, ad extenuationem *ibidem*, & aliorum plurimorum donationes continentur.

BOVES; 4 ſi quis receperit, pro neglectis Laboribus pro qualibet Septimana 4. ſcotos ſolvat damnum paſſo, cum pæna XV. & alia Judicio 1368. Herb: f. 48. pecora verò abacta, damna inferentia, ſivè ſeſe vagantia, ſi quis ad 3. diem non præſentaverit, forum Offic: Caſtr: pro damnis verò Judicium Terr: & ab effidejuſſione niſi 12 groſſi ſolvantur 1588. f. 498. & ſi non præſentata areſtabuntur, reſtituantur cum pæna 3. Marc 1505. Herb: Damna debent Amici taxare, ſi non voluerint, Actor illa comprobet, ſed ſi non præſuperant 10. ſexagenas, tunc per ſuum Adminiſtratorem ea evincet, in Except: Maſov: 1576. f. 300. Et ſi quis peccora abegerit & ad effidejuſſionē non extradiderit, damnum fidejuſſoribus non remonſtraverit, pænam 3. Marc: parti, Judicio totidem ſuccumbet, in Officio Caſtr; quo ad damna in Judicio Terreſtri forum *ibid*: Idem de equis & bobus de ſylva abactis *ibid.*

Extranei boves niſi in Nundinis emant 1565. f. 92. Nobilium verò boves Saginatos etiam in Villis Nobilium libere emant ſine Thelonæo *ibid*, reaſſumptum 1566. f. 126. per nullum itaq; alium præter Nobiles Frumenta & boves extra Regnum educantur ſub amiſſione 1621. f. 19. forum in Officio Caſtr: pæna 100. Marc: ſine appel: pro parte Palat: Majoris Poloniæ ſancitum *ibidem.*

BURGRABIUS Cracovienſis, non poteſt eſſe & Caſtellanus 1562. f. 23. neque ullus Officialis Terreſtris 1563. f. 42, ut reſideat in Caſtro Capitaneus attendat 1565. f. 89.

Burgrabius Cracov: tempore belli ſit præſens in Caſtro Cracovien. 1562. f. 23. & ab expeditione bellica liber 1621. f. 7.

Saltim quolibet quartuali per 3. 7mas in Caſtro reſideat, in reliquo tempore ſubſtitutus detur, in quo Capitaneus perſiſtet 1565. f. 89.

Burgrabii & Judices Caſtr. ſint in eiſdem Terris poſſeſſionati 1507. Herb f. 48

Burgrabii ſeu Tenutarii Caſtrorum aut Rectores, & eorum Homines coram Capitaneis reſpondeant, exceptis Cauſis ultionis S. R. Majeſtati reſervatis, Herb. f. 48.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0031-3

Itinerantes Terrigenas defendant, ad ſolutionem pænarum Compellant Herb. f. *eodem.*

CALUMNIANTI & nō probāti nares præſcindātur, honore privetur & Jure Nobilium non gaudebit, ſi quatuor vicibus Calumniaverit, Herb. f. 49.

Calumniatrices Citationes non habeant in judicio locum & Calumniatores puniantur, Herb: *ibidem.*

Ibi Citationes cognoſcantur, ubi producuntur, ſalva appel. *ibid.*

Pro Invaſione domeſtica ſi quis alterum calumniosè citaverit prævio ſcrutinio, in facie debet Cauteriſari, & ſit Infamis *ibidem*

Ratione Calumniæ per Traductionem, & ſcripta læſiva forum in Tribunali, 1673. f. 4.

CANCELLARIA Regni, una alteri expeditiones communicet 1736. f. 56.

Libri per Cancellarium & Procancellarium ſerventur, Privilegia deperdita, & Literæ quævis, non mutato tenore requirentibus extradantur, ſuſpectæ verò literæ comprobentur Herb. f. 52.

Cancellaria Wołhyniæ Polonico Idiomate Literas dabit 1647. f. 18.

Cancellaria & Notarii obſervent Statutum 1550. f. 7.

Regeſtris ſuper bona Regalia nihil probatur Herb. f. 51.

Cancellarias & Stubas Judiciorum Capitanei extruant ſub pænis contra negligentes ex cujuſvis Inſtantia irrogandis 1726 f. 39.

Cancellaria juxta Tabellam Reductionis nunc factam ab expeditionibus ſolutiones percipiat, & ſi quis inſuper acceperit termino facto conventus, etiam ex regeſtro pænalium, id in triplo reſtituat, cum privatione Officii & pæna perſonali, prævia Comprobatione 1726.

CANCELLARIUS & Procancellarius in Regno unus ſit Spiritualis & alter Sæcularis alternatim, Herb. f. 152. quia in M.D.L uterque eorum ſæcularis eſt.

Iidem Literas Legi Contrarias utpote Inhibitiones ad Judicia, Libertates ab expeditione bellica, Commiſſiones (: niſi in Cauſis Granicierum & Diviſionis inter fratres & quæ de Conſenſu partium eſſent) ne dent Herb: f. 51. & 249. Granicies verò intelliguntur cum bonis Regalibus.

Hæc eadem Officia Rex in conventione conferat, cum Conſilio Ordinum Herb: f. 50. & 1703. f. 14.

Ne-

Nemo capiatur niſi jure victus, attendant, ſimiliter ut Senatores ad latus, Regium deſignati, & Officiales utriuſq; Gentis (excepta infirmitate & publica functione) ſub rigorè legum reſideant itidem attendant, 1717. f. 10

Super Dignitates Ducatûs Lithvaniæ Incolæ Regni, Lithvano verò ſuper Dignitatem in Regno impoſſeſſionato Privilegia non obſigillabunt, neq; ſuper unam Dignitatem duobus Privilegia, ſimiliter & Diſſidentibus non obſigillabunt, Diſtinctionem Perſonarum animadvertent, Menſes Militares obſervent, *ibidem*.

Primi erunt expectantes Archiepiſcopatuum, Epiſcopatuum, Dignitatum, Prælaturarum, Beneficiorum vacaturorum, Herb: f. 50. Idem de Secretario Majore, Herb: f. 51.

Poſt aſſecutionem tamen Gneſn: Cracov: Poſnan: Vladislav: Varmienſis, Plocen: Epiſcopatuum debent ſua Officia Spirituales reſignare, Sæculares verò Aſſecuto Palatinatu ſive Caſtellanatu, cedant Officio, Herb. f. 53.

Cancellarius & Procancellarius in pari Authoritate conſiſtant, Herb: f. 51.

Cauſas Theutonicas Officiales Cancellariæ cum Referendariis audiant, et partibus præſentibus S. R. M. referant Herb: f. 51.

CADUCO Jure bona Nobilibus confiſcata, Nobilibus Rex det: 1562. f 25. 1569. f. 89. Idem. PoſtCives verò etiam non Nobilibus dentur 1576. f. 280. Idem reaſsumitur. ſed poſt Nobiles ad 8. uſque Conſangvinitatis gradum incluſivè non dentur. Onera prius ex bonis Confiſcatis ſolvantur 1588 f. 458.

Juris Caduci Civitat. forum & Cognitio poſt Curiam. Poſt ſubditos verò Nobilium competit hæredi, ſalvo jure proximorum *ibid.*

Caducum ſi quis illegitimè impetraverit, damna compenſet, et ſi cum læſione id factum, revocatio cum pænis ſubſequatur, forum Tribunal. Plebeio verò in foro competenti *ibid.*

Caducum jus Extraneis ne detur 1607. f. 829. & 836.

CAMERARII Terreſtres Palat: Kijoviæ duo ordinati, poſitio Actorum circa Notarium per 2 7mãs fiat etiam Judice abſente, Viſiones, Executiones, Inquiſitiones Judicio Terreſtri Competentes expediant, & cum Notario Cauſas Exempt. & profugorum judicent, 1647. f. 17. plura ſub tit. Acta & Judicia. Came-

Camerarius Granicialis Lancicienſis ſit poſſeſſionatus 1631, f, 41.

Omnes verò Graniciales debent eſſe in Judiciis Terreſtr. jurati & poſſeſſionati 1569, f, 191.

CANEM ſi quis concitaverit, & id Actor non probaverit, Citatus evadat Herb. f. 62.

Si quis Cervum, Aprum, Onagrum agitatum, *vel* Caprum alterius aut Canem occultè aut vi ceperit, rapuerit, *vel* uſurpaverit 3. Marc. pro pæna, & alias 3. Actori det Herb. f. 62.

CAPITANEATUS & Caſtra cum Jurisdictione poſt ſtatutum Caſimiri obligationi non ſuberant & ſubſunt Exemptioni 1562. f. 14.

Binos Capitaneatus cum *J*urisdictione nemo poſſideat, ſub pæna 200, Marc. perempt: in Omni Judicio luenda, & abjudicatione Unius, *ibidem* f. 23.

Capitaneatus Camenecenſis cum Laticzevienſi Compatibilis, 1581 f. 376.

Similiter Petricovienſis cum Siradienſi, 1557. f. 11. Sed Contraria ſupra Conſt. 1562, f, 14.

Capitaneatus cum Iuriſdictione eſt incompatibilis cum Officio Terr: atq; Palatinátu, & Caſtellanatu. Uno in Palatinatu, excepto Palatinatu & Caſtellanatu Cracov: 1562. f. 23.

Capitaneatus cum *J*uriſdictione Minorennibus ne dentur ſub privatione, Forum in Tribunali. 1607. f 831,

Et ſint Poſſeſſionati, ac eorum *J*udices & Vice-Capitanei, Herb: f. 53. Sub Nullitate Privilegii & omnium Actuum & pæna 2000. Marc. in omni *J*udicio ex cujusvis Inſtantia repetenda. 1613. f. 33.

Sine *J*uriſdictione dentur etiam Impoſſeſſionatis, 1562. f. 24.

Capitaneus pro omni Injuria in *J*udicio Terreſtri, in Articulis verò Caſtrenſibus in Officio Caſtrenſi reſpondeat, Executio proceſſûs in bonis Ejus Terreſtribus fiat, & ſi impoſſeſſionatus eſt, procedatur ergo prout cum Impoſſeſſionato *ibid*: Idem reáſſumitur, 1588, f. 459.

Taxationem Utenſilium cum Palatino faciant, 1562. f. 28.

Reparationi Civitatum attendant, & Calculum à Civitatibus excipiant ſuæ *J*uriſdictioni ſubjectis, 1565, f. 101.

Capitanei & Nobiles Ruſſiæ & Podoliæ homines Valachiam ad laborandum exire non permittant, ſub pæna 100. Marc. 1569. f. 190.

Capita-

Capitanei ſint jurati, 1576. f. 256. & 1662, f. 9.

Capitanei prætextu defenſionis Bonorum Regalium proprium laborem ante Annum factum non deſtruant, ſed eo Nomine citent, 1588. f. 459.

Incolæ Podoliæ ſubditos per Valachos inculpatos coram Capitaneo Camenecenſi ſtatuant. 1576. f. 292. Tandem Caſſata. Forum in Judicio Terreſtri præfixum ſive in poſitione Actorum, prout ratione profugorum, ſed hoc ſancitum tantum ad futura Comitia 1581. f. 381.

Capitanei licentioſos & deprædatores captivare, & de Eis Juſtitiam Miniſtrare tenentur ſub pæna 200. Marc: in Viciniori Officio repetenda, 1611. f. 13.

Capitanei in Maſovia proceſſuum extra Forum obtentorum ſub refuſione damnorum Juramento taxandorum, executiones non faciant, 1565. f. 102.

Capitanei præter quatuor Articulos, id eſt pro Violatione & oppreſſione fæminarum, pro diſpercuſſione & deprædatione in Via publica, pro Incendio & immiſſione ignis, pro invaſione, alias Cauſas non judicent, Herb: f. 54. & pro illata Mercatoribus Violentia, *ibid.* Tum & Cauſas criminales, Herb: f. 56. Pro particula Fundi non judicent, Herb: in fine.

Judicent Terminos in ſex Septimanis prævia publicatione, Herb. f. 55. In conſvetis & publicis locis *ibid.* Si verò non in conſvetis, & ultra Quatuor Articulos judicarent, ſit irritum, Herb. f. 56.

Jure victos ad ſolutionem pænarum compellant, *ibidem.*

Capitanei & Tenutarii Nobilibus in limitibus vim non inferant, nec limites deſtruant, Herb: f. 55.

Executiones Decretorum Superioris Subſellii faciant, ſub pæna 100 Marc. Herb. 54.

Capitanei non jurati ſub Interregno in Capturali Judicio coram Judicio Terreſtri jurent, Officium verò illorum coram ipſis, ſed denuò novo electo Regi jurabunt, 1648. f. 4. & 1674. f. 6.

Capitaneus Braclavienſis in Viciniori Caſtro ratione Subditorum reſpondeat, 1581. f. 376.

Capitanei poſt Coronationem in ſex ſeptimanis Decreta exequantur, Capturalia verò ſub Interregno, 1674. f. 7.

Eli-

Eliberationem captivi ex privatis carceribus ſine appellat: decernant, 1588. f. 462.

In Cauſis Spiritualium per lucra exequantur, Sczerbicz, f, 254.

Quarta pars proventuum ex Capitaneatibus pro neceſſitatibus Reipublicæ conceſſa, 1567, f. 128.

CAPTIVI Pro redemptione Eorundem Fundatio Villæ Nowa Wieś, approbatur, 1654, f. 8.

CAPTURALES Judices ſint *Jurati*, 1632. f. 13.

*J*udicia Capturalia in quatuor Articulis Caſtren. approbantur, in aliis verò Cauſis Decreta lata Caſſantur. *C*auſæ verò in Executione pendentes in Officio Caſtr. continuabuntur, 1633. f. 12.

Indeciſæ verò Cauſæ in Tribunali decidantur, 1674. f. 6. Prout & Suſpenſiones, Remiſſiones, paritates Votorum in inchoatione Tribunalis judicentur, *ibidem*.

*JUDICES* etiam jurati denuo in prima Seſſione jurent ut Deputati, 1587. f. 407.

*C*apturalia *Judicia* tantum ad Cauſas à morte S. R. M. ad Coronationem ſolent ordinari, Citationes ſub ſigillo Terr. *v.* Caſtr. dentur ſub Titulo nos Conſiliarii & Ordinis Regni & *C*itatio ponenda 2. omnis ante terminum contra violentos ad delationem *J*udicum Captur. Nobilitas Moveatur per Palatinum *v.* *C*aſtellanum, *v.* Officialem Terr. *v.* *J*udicem *C*aptur. & hoc de *C*onvictis, *ibidem*.

*CAPUT* Matris etiam illegitimo Filio ſolvatur, etiamſi fuerit vagabundus, Herb. f. 158.

*CARDINALATUS* & Legationes Sedis Apoſtolicæ abſque conſenſu Reipubl. non ambiantur. Inter Epiſcopum *C*racovienſem *C*ardinalem, & Archiepiſcopum Gneſnenſ. ſopitæ difficultates, ut unus Eorum una die, & alius altera, ad *C*onſilium veniat ſi vocatus fuerit Herb, f. 57, Et iterum *C*autum, nè *C*ardinalis Epiſcopus Stallum ante Archiepiſcopum Gneſnenſem uſurpet, 1633. f. 19. & 1641. f. 5.

*CASTRA*, principaliora & in Ucraina Minorennibus non dentur, 1589. f. 529.

Et in eiſdem *C*apitanei reſideant ſub privatione. 1620. f. 16.

In Lvovenſi *C*aſtro *C*apitaneus reſideat, ſive Nobilem Poſſeſſionatum *C*ommendantem habeat, Stationes & proviantus ex Suburbiis

non

non uſurpet ſub pæna Bannitionis in Terr: ſivè Caſtr: Judicio ſine appellatione publicanda. 1662, f. 22.

In reparationem Caſtri Cracovien, quotannis Triginta Millia florenor. ex Theſauro Regni ad futura Comitia exſolvantur, 1726.

CAUSÆ honorem tangentes in Comitiis decidantur, 1565. f. 100, & 1578. f. 328.

Cauſæ Palatinatûs Kijoviæ, ex appellationibus inter Cauſas Officii Palat. Braclaviēſis, Wołhyniæ & Kijoviæ, Lublinii decidantur. Idem de Palatinatib9 Wołhyniæ, Braclavienſi, & Czerniechovienſi, evocatio verò ad Tribunal Petricovienſe pænâ 300. Marc, eluatur, 1613. f. 13. Omnibus in Cauſis exceptis Fiſci & merè incarceratorū his Palatinatibus appellationes admittantur, Termin9 ab Actu poſitæ Citationis Lublinium Duarum Septimanarū eſt. 1588. f. 16. In minori ſubſellio in Palatinatu Wołhyniæ, Kijoviæ, & Braclavienſi, Cauſæ per Tres dies acclamentur, quarta verò die ſtet Condemnatio, poſt Tres dies Inſcriptiones Cauſarum non ſuſcipiantur. 1607. f. 855,

In Palatinatu Maſoviæ, Cauſas criminales præcedat pæna Contumaciæ, 1589. f. 581.

Similiter in Palatinatu Wołhyniæ, in Comitiis, 1616. f. 18.

Et in Palatinatibus Braclavienſi, Kijoviæ & Czerniechoviæ. 1638. f. 36.

Cauſæ Palatinatuum Braclavienſis & Wołhyniæ in Tribunali per ſex Deputatos Wołhyniæ & ſex Spirituales decidantur. Sæcularium verò Deputatorum alii ſupplebunt Vices, 1589, f. 538.

Cauſæ Militarium Lublinii juxta Conſt. 1633. in inchoatione Tribunális decidantur, pænæ arbitrariæ abrogantur. 1638, f. 10, Et aliæ Cauſæ, præter ratione damnorū, & injuriarum, ab hoc regeſtro retruduntur. 1667. f. 28.

Cauſa inchoata, acclamatione alterius Cauſæ ſive Regeſtri nō interrumpatur. 1616, f. 3. & 1726. f. 37.

Cauſam in perſonali in utroque Tribunali habens poteſt ſuſpenſione uti prævia deductione in futuro Termino ſub ſuccubitione in Cauſa. 1676, f. 33.

Cauſæ Criminales in abſentia Actoris non cognoſcantur, Herb. f. 6,

Cauſæ levioris importantiæ, à quibus appellationes non ſunt Conceſ-

ſæ finem litium in minori ſubſellio ſi non fuerit diſquiſitio de *Juri*bus ſortiantur. 1669. f. 8.

Ad ſpirituale *Judicium* pertinet judicare differentias Fidei Sanctæ Chriſtianæ, Hæreſes, Scihſmata, Blaſphemias contra Deum & Apoſtaſias, pro Decimis, Septem Sacramentis Eccleſiæ, Beneficiis, Sacrilegiis, Simonia, fænoribus, Spiritualium homicidiis, percuſſionibus & Vulneribus, Ordinatorum, Sacrorum Nundinatione, Incantationibus, & Magiis ratione Fundi poświątne & de illegitimi thori liberis, tum juris patronatuûm, Divortiorum, Teſtamentorum verò Cauſæ utriuſq; *Judicii* hoc eſt mixti fori, & pro his qui confugiunt ſub tutelam Templi, vel Monaſteriorum, exceptis illis, quos jus Tēpli defendere non permittit, ut ſunt Nocturni damnidatores, in ſegetibus, Sicarii, diſpercuſſores iter facientium, fures publicè proclamati, vel ter notati, Incendiarii, Violatores Libertatum Eccleſiarum, 1543. Sigiſm: 1. Herb: f. 415.

Celeritas inimica *Judicio* judicantem cuncta oportet rimari Herb: f. 62.

Cenſus perpetui Solo annexi Poſſeſſores afficiunt, & non cadunt ſub Evictionem, niſi id Cautum fuerit, Herb: f. 62.

Cenſus à Summis Spiritualium per Septem à Cento ſolvantur, 1635. f. 9.

*CEREVISIA* aliundè advecta Petricoviam, non propinetur ſub pæna 100, Marc. & amiſſione, forum in *C*aſtro ſine appel: 1613. f. 16.

Et Poſnaniam Cereviſia, non advehatur, *ibid.* f. 27.

Abuſus quo ad recipiendam in Villas de Civitatibus cereviſiam ſublatus, Herb: f. 63. Et ſi pro ſuo uſu:quis in Civitate braxaverit cereviſiam, ad ſolutionem contributionis dictæ czopowe non tenetur, ſi id non in fraudem facit *ibidem.*

Cethauſus ſeu domus correctionis aut emendationis per Miroſzewſki circa Varſaviam fundata approbatur, 1736. f. 108.

Scholæ quoque Militaris *C*racoviæ per Miroſzewſki erigendæ approbatio, 1676. f 63. & 1677. f. 21. ut ſupra tit. Academia.

*C*itationibus poſt *C*uriam Inſtigator neminem provocet, niſi pro rebus proventus Regalis ſub pæna 100, Marc. 1557. f. 9. & 1562, f. 25, & 1563, & 1567, f. 133. Demum pæna Aucta ad 500, Marc: forum in Tribunali 1598. f. 689.

De

De Palatinatibus verò Kijoviæ, Vołhyniæ, Braclavienſi ratione Bonorum Regalium niſi pro Comitiis Incolæ citentur, *ibidem*. Palatinatui verò Maſoviæ ſpecialis Conſtitutio *ibidem* f. 690, de præmiſſis lata eſt.

Neque in cauſis, quæ Judicio Terr: vel Caſtrenſi competunt. Citationes Poſtcuriales dentur, exceptis controverſiis, inter Civitatēſes & Nobilium fundos exortis, 1631. f. 21.

Citationes ſuorum ſubſelliorum Sigillis ſignentur, Herb: in fine.

In Citatione verba criminalia non ponantur ſub ſeſſione Turris unius Septimanæ, Herb: f. 63.

Ad Judicium Terreſtre licet citare pro quacunque re & ſumma vel injuria, aut Bonis, ac etiam pro magna ſumma, cum liceat appellare, Herb. f. 64. & f. 214.

Non obſtante Statuto f. 64. Citationum & adcitationum ad Tribunal editarum Relationes quatuor Septimanis ante incidentiā cauſæ in proprio diſtrictu recognoſcantur, ad judicia, Terreſtria. & Caſtrenſia duabus ſeptimanis, pro querelis una ſeptimana cum expreſſione eſſentiæ Citationis. 1670. f. 22. Reaſſumptum. 1726.

Citatione Verbali in Cauſa Fundi nemo conveniatur, Herb: f 66.

Nemo citet alterum contra jus & Privilegium ſub pæna unius ſexagenæ, excepto ſi juraverit ſe neſciviſſe reum eſſe privilegiatum. Herb. f. 67.

Propter diſcordantiam citationū amittitur Terminus, non Cauſa, Herb. f. 68.

Statutum de Correctione citationis ſolutione ſex ſcotorum, *ibidem*. Caſſatur. Herb. f. 237.

Qui per diſtinctos Actores pro una re convenitur, non debet reſpondere Citatus, donec ipſi Actores inter ſe jure experiantur, Herb. f. 73.

Poſſeſſor ſi citatur quà hæres liber exiſtat à termino. *ibidem*.

Si pendente lite Violentia facta fuerit, poteſt poni citatio ſuper citationem, Herb. f. 74

Qui pro hæreditate citatur, poſt trinam condemnationem admittatur Sententia, & ſi proceſſus de rebus obligatis fuerit; habebit Actor facultatem res eaſdem alienare, licèt minorem quantitatem ac-

 ceperit,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0039-2

ceperit, ſufficiat ei illud Vadimonium, ſed ſi conditio circa illud Vadimonium appoſita fuerit, majoris vel minoris quantitatis Vadimonii, & pro minori ſumma illud alienaverit, decernatur adimpletio ſummæ creditæ, vel ſi inſuper acceperit, Reſtitutio. Herb. f. 74. & f. 118.

Citationes inordinatæ intelliguntur, in quibus res, titulus competens, Nomen Actoris & rei, & data expreſſa non fuerint. 1589. f. 543.

Citationem error abecedarius non vitiat. Herb. f. 75

Sinè certo Actore & cauſa ne dentur citationes, Herb. f. 59

Si quis bona, quæ proceſſu alterius innodantur, obtinuerit, poteſt pro deportatione citationis ante Annum. & ſex Septimanas agere, & in caſu ignorantiæ decernitur juramentum, ſalvo jure de præſcriptione fæminei ſexus & Minorennium, 1588, f. 467.

Caſſandæ Actor unius vel plurium condemnationum Relationem in proprio Diſtrictu recognitam Quatuor Septimanis ante terminũ ſub nullitate Caſſationis per ſe ſeu ſpetialem Plenipotentem debet approbare. 1726. f. 27.

Adcitationes poſt Mortem Regis ſive Judicis non requiruntur etiã in Civili judicio, excepta litigantium morte, 1588. f. 481. Neq; in Terris Pruſſiæ. 1589. f. 516.

In Palatinatu Volhyniæ, Citationes ſub titulo Regio, Sigillo verò Diſtrictûs Terreſtri extradantur. 1589. f. 542.

In Palat. Maſoviæ plures citationes quam Tres nè dentur, alioquin reliquæ ſuſpendantur ad proxima. 1576 f. 297. Et adcitationes in ordine Appellationis ſub Sigillo Terreſtri, dentur, *ibidem*. Citationes verò Caſtren. ſub titulo Regio & Sigillo itidem Terreſtri *ibidem*. f. 298. Vide Proceſſus.

*CIVITATES* quolibet Anno calculum de proventibus coram Capitaneo, & Officialibus Terreſtribus faciant 1613, f. 9. pæna 500. Marc. interpoſita ſuper renitentes, forum poſt, Curiam, & Reparationi Capitanei attendant 1620, f. 20. 1631. & ſuperus, 1565, f. 101, & 1566, f. 126. & 1567, f. 131.

Bona Terreſtria Cives, & Civitates, non emant ſub amiſſione, vendita verò jure retractus repetantur 1611. f. 14. Sed excipiuntur privati

vati Cives Cracovienſes & in Terris Pruſſiæ juxta Privilegi. *ibidem.* quod & ſuperius cautũ Civibus Civitatum Pruſſiæ 1601. f. 743, de his ſimile ſtatutum. Herb. f. 75. & 76.

Civitatum Cauſæ & Appellationes poſt Curiam judicentur, 1631. f. 43.

Civitates Poſnan: Caliſsien: Vſchoven: Mederecen: comunicato cũ ſuis Capitaneis & Judicio Terreſtri, ac Officio Caſtrenſi Conſilio, facto coram ipſis ſufficienti de proventibus calculo, Securitatem ſibi provideant ſub pæna 3000 Marc: in Officio Caſtr: repetenda per medium Delatori & per medium pro defenſione Civitatis convertenda, ſalva appel: poſt Curiam 1632, f. 4.

STATUTUM Thorunenſe. Dum Nobilis in Civitate vel Oppido Bonorum Regalium, *v.* Terreſtrium pro crimine violentiæ detentus fuerit, detineatur in Prætorio, ſed Officium Civitatis, nullum cum ipſo Judicium faciet, ſed ad ejuſdem Civitatis requiſitionem Capitaneus *v.* Vice-Capitaneus Caſtri Regalis Juriſdictionis debet ejusdem Civitatis Judicio intereſſe ad ferendam ſententiam, & ſi Officiũ Caſtr: cum Officio Civitatis in ſententia concordati fuerint, extunc juxta eorum ſententiam Nobilis puniatur, ſi verò diſcordantes fuerint, tunc captivus in decenti captivitate Civili detineatur, donec reſolutionem à S. R. M. Capitaneus & illa Civitas habuerit, quomodo puniri debeat, præſcriptione non obſtante; Caſu verò indebitæ Nobilis detentionis & captivationis. Proconſul cum uno conſule Capite plectetur, 1520, Herb: f. 478. reaſſumptum eodem folio Año 1550. Tempore verò Interregni Judices Capturales cum Officio Civili in Prætorio ejuſmodi Cauſam decidant, pluralitate judicum Capturalium obſervata 1587, f. 411. Reaſſumitur hoc Thorunenſe ſtatutum 1611. f. 3. Non coram Solo Notario, ſed coram Capitaneo ſive ejus Vice-Capitaneo captivus judicetur, ſub pæna 100 Marc. ſuper renitente Capitaneo, in Tribunali repetenda. 1633. f. 25.

Cives Cracovienſes ex Conſulatu ratione Violentiæ poſſunt agere, ut Nobili ex Juris qualitate competit, ſimiliter & Poſnanienſes. Statutum Thorunenſe reaſſumitur 1581, f. 374. & Lvoven: Varſav: Magiſtratus & jurati Cives 1588. f. 488. & Premyslien: ac Croſnen: 1589 f. 534. & Lancicienſes 1609, f. 902. Et Caliſſien: Petricov: Praſnysẽ: Lublinen. 1611. f. 10.

 Si

Si quis in Civitatibus Lvoven. & Vilnenſi ſive in Suburbiis violentias intulerit, id eſt aliquem vulneraverit, vel occiderit, fæminam violaverit, Portam majorem *v.* minorem exſecaverit, *v.* extruſerit, Statuto Thorunenſi judicetur 1601. f. 746.

Vagabundus ſi ad admonitionem Officij Caſtrenſis in duabus ſeptimanis de Civitate non exiverit, detineatur ad ſolutionem 14. Marc. 1601. f. 746. & 1611 f. 3.

Et qui ſub prætextu militari circa Civitatem vel in ejus bonis violentias & damna inferendo habitant, Capitanei de eis fatiant Executionem & eoſdem expellant, ſancitum pro parte Civit. Lvoven. 1609. f. 904.

In Civitate *Lvovenſi* apertè nemo auctiones Militares faciat ſinè Literis Ducis Exercituum, ad ſonum Timpanæ ſub pæna Capitis, idem & Civitat. Lublinenſi 1611. f. 20.

Portæ ibidem circa occaſum ſolis occludantur, & nocturno tempore nemini aperiãtur 1601. f. 746. ſub pæna 500. Marc. 1620. f. 21.

Civitati Lvovenſi Groſsus à Tonna Ceviſiæ advectæ conceſsus pro munitione 1620. f. 21.

*C*ivitati Będzin Emporium ſalis conceſsum, vectores ad Sileſiam proficiſcentes ibidem ad 3. diem moraturi ſunt 1565. f. 111.

*C*ivitati *B*elſenſi ſimile depoſitorium, de ibidem Mercatores de Lithvania ſalem habebunt emptum 1565. f. 114.

*C*ontra violatores portarum ſtatutum Thorunenſe reaſsumitur 1588. f. 488.

Violatores & Tumultuarii in Officio *C*aſtr. ſalva appell. Plebeii verò præciſa appell. reſpondeant, cenſendum de omnibus *C*ivit. & Opp. 1656. f. 4.

*C*ivitati *C*racov. quò ad ſecuritatem Statutum Thorunenſe, & Conſtitutiones de Evocatione reaſsumuntur, Violatores ſecuritatis intra Mænia compoſitum Judicium judicabit 1736. f. 100. in ante quoq; etiã in abſentia Officii Caſtrenſis tumultuantes detinere permiſſum *C*ivitatibus, 1616. f. 17.

*C*ives & Magiſtratus ad *J*udiciũ Terreſtre non evocantur, niſi in cauſis juri Terreſtri ſubjectis & quæ ex occaſione bonorum Terr. per ipſos jure hæreditario poſſeſſorum inſtitutæ ipſis fuerint 1611. f. 27.

ut

utpote pro ſubdito pro non adminiſtratione juſtitiæ in cauſis cædis, Sangvinis, deſtructionis Limitum per Commiſſarios factorum, ratione occupationis fundorum, Exciſſionis ſylvarum, in cauſis proprii laboris, ſalva appel: ad Tribunal in Judicio Terr: reſpondeant Nec non in cauſa violatæ ſecuritatis Judiciariæ, & contraventionis Taxæ Palatini ad Officium competens conveniantur. 1632. f. 25.

Ad Tribunal non evocentur, 1578, 1611, 1633, 1726, f. 29.

Fundos Civitatis poſſidentes onera Civitatis ferant & Juriſdictioni ejuſdem reſpectu fundi ſubjaceant, alioquin expellantur 1611. f. 27. de his & 1654, f. 13. & 1659. f. 33.

Juriſdictiones itaq; in Civitatibus & ſuburbiis ac Curiis tolluntur, & braxationes cereviſiarum non ſuſcepto Jure Civili factæ ſub pæna Peculatus 1659. f. 33.

Cives (excepto Magiſtratu) ſericis non utantur veſtibus, neque pretioſioribus pellibus, (exceptis Vulpinis & Vilioribus) neq; corium vulgo *ſaſianow*, ſub confiſcat. & pæna Quatuordecem Marc. in Judicio Civitatis ex termino tacto repetenda. 1613. f. 23. Reaſſumptum: exceptis Proconſulibus, Advocatis & Viceadvocatis Civitatū Majorum Forum cum Mercatore Advena coram Advocato pæna 100. Marc. ſine appel. Cum cive verò Indigena coram Officio Caſtrensì deſignatum. 1620, f. 10. Utræq; hæ Conſt. reaſſumuntur, & ratione abuſus Veſtium & clenodiorum ſuper Mercatoribus & Civibus bene habentibus pæna ad 1000. Marc. ad cujuſvis Nobilis Inſtantiã, ſuper verò aliis ad 200 Marc. aucta, forũ ex Civitatibus Regalibus in Officio Civili cum appellat. poſt Curiam, ex Terreſtribus in Officio Caſtren. ſinè appellat. exceptis Magiſtratibus & Officialibus Civitatum Majorum 1655. f. 37. Reaſſumitur. 1683. f. 5.

Mercatores irritamenta luxus, & quæque pretioſiora in Regnum non advehant ſub confiſcat. & reſponſione in prætorio cum apellat. poſt Curiam, in Terreſtribus verò bonis in Officio Caſtrenſi ſine appellat. 1659. f, 37.

Cives Braclavienſes, & Korſzonenſes pænis per Capitaneos irrogandis ſubjaceant. Privilegia ipſis Sacra Regia Majeſtas non dabit. 1607. f. 847.

Conſtitutiones & jus correctum Terrarum Pruſſiæ in violentos

in

in Omnibus punctis Civitatibus Gedanenſi & Thorunenſi inſervire debebunt, pænas criminales coram Palatino & alio ſubſellio vindicabunt. 1627. f. 14.

Civitati Luceorienſi à reparatione pontium ab equis & bobus medius groſſus conceſſus. 1598 f. 708.

Civitatis Gniew Coæquatio jurium cum Poſnaniensi. 1616, f. 38. Eidem depoſitorium 1676. f. 22.

Civitati Grzybow depoſitorium Vini, & Salis. 1616. f. 34.

Civitati Camenecensi, Podoliæ exactio ducillaris & Soſz pro reparatione cedit. 1609. f. 553. Ab eadem Civitate in diſtantia Trium Milliarium Judæi & Cyngari non habitabunt ſub confiſcat. Forum in Officio Caſtrenſi, ſive in Prætorio, in juribus coæquatur cum Lvovẽſi. 1670. f. 22. Milites pedestres ad revendendum nihil emant & injurias nè faciant. Rothmagiſtri attendant ſub pæna 100. Marc. in Tribunali repetenda, 1613. f. 8. Eidem pontalis exactionis auctio *ibidem*. f. 15. Religio Græca Polonæ, Armeniaca verò Armenicæ jurisdictioni incorporatur, 1670. f 22. Ibidem Cives accurſum Aquæ in Circulũ, Fori, ex ſumma per Nurses Civem de ibidem data, in ſpatio Anni ſub pæna 2000. floren. ex cujusvis inſtantia poſt Curiam repetenda, faciant. 1638. f. 39. Advenæ Jus Civitatis non habẽtes & Præſidiarii Artificib9, Mercatoribus, & in propinatione impedimenta nõ faciant ſub Confiſcat. Per mediũ pro re Civitatis, & per mediũ pro re Officii Caſtrenſis quod tenetur executionẽ facere. 1559 f. 35. Ad ſervitium bellicum Cives & ſuburbani de ibidem non ſuſcipiantur ſub pæna 1000. Marc. ex regeſtro militarium in Tribunali ex Cujusvis inſtantia repetenda. 1662 f. 26. Præſidium ſubſit Jurisdictioni Capitanei *ibidem* Eadem Civitas & Sniatyn à Thelonæo flor: 300. & ab evectis dum quis extra Regnum pro Victualibus movebitur, liberantur, & Privileg: S. Sigismundi 3. ſuper 4. groſsum approbatur. 1633. f. 57.

Cives Camenecenſes Masoviæ pontem in Bug reſtaurent ſub pæna 100 Marc. in Tribunali ex Cujuſvis inſtantia repetenda, eoque fine ab Equo medius groſsus in vim pontalis exactionis conceditur. 1616. f. 19.

Civitati Caliſſienſi depoſitoria approbantur 1565. f. 115, A quibus

bus Mercatores non declinent ſub confiſcat. Ibidemquè ſeptem diebus morabuntur. *ibidem*. Et Privilegium deſcriptionem Viarum in ſe complectens approbatur. *ibid.*

Caſimiriæ circa Cracoviam intuitu pontalis ultra antiquam exactionem medius groſsus, ab equis & bobus conceſsus. 1589 f. 533. Et intuitu Thelonei Aquatici florenus conceſsus in reparationem Marginum Viſtulæ. 1598. f. 706. Pontē verò exstruant Cives ſub pœna 1000. Marc. Forū poſt Curiam. 1601. f. 751. Pontalis exactio per medium groſsum ab equo. *ibidem*.

Civitati Cracovienſi Emporia approbantur, ut quilibet mercator extraneus ibidem merces deponat, æs verò Nemini vendatur, niſi Civibus Cracovienſibus. 1565. f. 108. De Pruſſia ibidem merces deponātur. *ibid.* Extranei Mercaturā ſecū non teneant, carbaſa magno cubitu menſurentur & vendantur. *ibid.* f 109. Extranei ibidem merces nemini vendant, niſi ſub tempus nundinarum. *ibid.* Mercatores Poloni de Sileſia redeuntes, ſive illuc proficiſcentes, à Cracovia nō declinēt. Hungarorum ibidem Emporium ſub Confiſcatione. *ibid.* Ibidem Emporium ſalis, & ut Miechoviæ Sal centenariatus, niſi tempore forenſi, & in Słomniki & Proſzewice, ac alibi non vendatur. *ibidem* f. 100 Hæc Civitas prærogativam habet in Conventibus Nobilitatis ferre ſuffragia. 1586, f, 404. Exactio Pontalis ab equo & bove ad medium groſsum aucta. 1589. f. 532. Et medius groſsus à marca mercium taxatarum ab extraneis. *ibid* f. 533. Et medius groſsus à tonna Cereviſiæ pro reparatione Civitatis conceſus. 1601. f. 749. In Viſtula Nobiles à Civibus Cracovienſibus Theloneum nō exigant, ſub pœna de injuſto Theloneo. *ibid.* Portæ minores privatæ ibidem caſsantur ſub pœna 1000. Marc. forum in Tribunali 1611. f. 27. Calculum de proventibus coram Capitaneo & à Sacra Regia Majeſtate deputatis Civitas faciat. *ibid.* f. 30. Schola jaculatorum ibidem approbatur. 1676 f. 63. Super liberam electionem Conſulum & Præſidentiū Privilegium approbatur. 1678. f. 16 Libertas à Stationibus militaribus ejuſdem Civitatis tum Caſimirienſis, Stradomienſis, Kleparſcenſis & aliarum ſub pœna Infamiæ 1635 f. 140. Reaſſumitur. 1688. f. 15. A Hibernis hæc Civitas cum ſuburbiis & Bona Terreſtria jure hæreditario quæſita, & à Stationib9 libera, ſub pœnis contra Convulſores Legum & Decret: Comitial: in Tri-

in Tribunali inter Cauſas militares vindicandis, fundorum quoque Jurisdictioni Civili ſubjectorum Poſseſſores, oneribus & Jurisdictioni Civili ſubjaceant. 1677. f. 18. Eidem Civitati ſumma 8000. ab Anno 1735. cum Conditione Reparationis Lithoſtrotorum ex theſauro annuatim ad proxima Comitia exſolvatur 1736. f. 99. Ejuſdem Civitatis & adjacentium aliarum Bona non alienentur, Fundi verò Eccleſiaſtici Xenodochiorũ ab oneribus Civitatis liberi, ſalva ſolutione ex noviter acceſſis & acqiſitis poſt erectiones. 1658. f. 35. Eidem Theloneum ab Extraneis Conſt: 1678. conceſsum duplicatur ad 6 Annos 1683 f. 15.

Civitati Craſnoſtavienſi Depoſitorium 1565. f. 113. & 1611. f. 21. & ſuper Coctionem Cremati.

Cives Corczynenſes, Czechrinen: Hoblovſcen: Danielov: in Palat: Kijov: Capitaneis ſubeſſe debent, & ſervitia obeant ſub amiſsione Juris, ratione Exceſſuum per Capitaneum puniendi, Dux Exercituum eidem det Auxilium 1607. f. 848.

Civitati Lublinenſi Depoſitorium. Ibidemq; Mercatores ad 8. diem maneant 1565. f. 114. & ſi quis ſine Literis S. R. M. ad ſonum Tympani auctiones fecerit, pænæ Capitis ſubjacebit 1611. f. 20, Securitas Portarum cauta & Conſt: Civitati Lvovenſi & Vilnenſi ſerviens reaſsumitur 1620. f. 20. pro reparatione à quovis dolio advectæ Cereviſiæ groſsus conceditur *ibid:* à Hibernis libertas, ne evocetur cautum 1611. f. 1633. & Decreta Comitialia 1649. & 1650 approbantur, Poſſeſſores fundorum onera ferant, & Mercatores qui Jus Civitatis non ſuſceperunt 1677. f. 20. Coæquatur cum Civitate Cracov: ex Conſt: 1601. 1611. 1633. 1635 1672. 1677. 1685. reaſſumuntur 1703 f. 20. forum in delinquentes Caſtrum Lublin: *ibid.* A Stationibus Libertas 1635. f. 40.

Civitati Lvovenſi Emporia Merciũ & ſalis approbantur, 1565. f. 113. Thelonea poſt mortem S. Caſimiri injuſte Statuta deponuntur. Mercatores Extranei ibidem merces vendant *ibid.* Gravámina à Nunciis Extraneorum ex Polonis tolluntur 1673. f 40 Privilegium in ordine Exercitii Iaculatorum approbatur, Officium *Caſtr:* ſub tempus Transactionum poſt Feſt. SS. Trium Regum Reſidentias non eligat, ſed id Civitatis ordinationi reſervatur 1677. f. 19. Cives cum Magiſtratu Coæquantur cum Cracov. & Poſnan. 1588 f. 488.

Adven

Advenæ mercatores oneribus Civitatis ſubjaceant 1678. f. 16. Juriſdictioni Coſacorum & illorum ſervitio non ſe Cives ſubjiciant, ſub Confisc. Bonorum 1609 f. 895. Licentioſos Capitaneus expellat. Ibid. f. 904. à Stationibus libertas 1635. f. 40.

Civitati Luceorienſi extructio Pontis in fluvio Styr conceſsa et exactio Pontalis 1598. f. 708,

Civitati Osviecimenſi depoſitorium Salis & plumbi 1565 f. 110 Sal de ibidem Ematur ſub Confiscat. Sal centenariatus de Regno per eandem Civitatem ad Sileſiam vehatur *ibid*, Ibidem omnium mercium depoſitorium. *ibid.* & 1647. & 1736. f 107.

Civitati Opocnenſi prata à Capitaneatu reſtituuntur. 1613. f. 11.

Civitati Parczevienſi depoſitorium Salis Ruſſiæ. 1565. f. 114.

Civitatis Podoleniec depoſitorium Mercium *ibid.* f 111.

Civitati Poniec ut mercatores ad Sileſiam per eandem Civitatem & Srzem vadant & Thelonea ibidem ſolvant ſub amiſſione merciū literæ approbantur. *ibid:* f. 115.

Civitati Posnanienſi Depoſitorium approbatur, Mercatores cum mercibus ibidem per 3. dies ſunt moraturi ſub confiſc. 1565. f 114. ibidem viæ mercatoribus circumſcriptæ f 115, de eodem Depoſitorio 1588. f. 488. & 1589. f. 523. à Podvodis liberatur 1588. f. 487. Eidem Civitati Decretum ratione granicierum Villæ Rataje approbatur 1598 f. 700, Circa jura & Privileg. conſervatur 1726. f. 19. reliqua temporanea à Stationibus militaribus libertas ſub P. Infamiæ in Caſtro extendenda 1635. f. 40.

Pinczow libertatibus adſcribitur, 1611. f 31.

Civitati Petricov. pro manutentione Actorum Jura approbantur 1635. 1677. à Hibernis & Stationibus libertas prout Lublinenſi Civitati conceſſa 1703. f. 14. à Stationibus militaribus libertas prout Poſnanienſis 1635 f. 40.

Civitatis Premislienſis, prærogativæ & à podvodis libertas 1589. f. 534. & à Hibernis 1659. & 1677 f 25. Homines de ibidem licentiosi per Capitaneū expellātur 1609. f. 904. Pro reparatione Pontium & Lithoſtrotorum à Vectoribus à Curru per groſsū, à bove per ſolidum eo nomine exactio conceſsa, id attendentiæ Capitanei cōmiſsum, Pæna ſuper Magiſtratu duplex 14. Marc. pro contraventione in Caſtro repetenda ſtatuitur, 1676. f. 54. E2 Ci-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0047-3

Civitati Radomienſi Privileg. cum deſcriptione viarum approbatur. 1565 f. 112.

Civitati Ryga recuperatio Debitorum à Nobilibus Livoniæ poſt recuperationem illius Ducatus præcuſtoditur, 1601. f. 763. & 1616. f. 10 Tenutæ eidem Urkiel & kiercholm ad annos 20. in vim gratitudinis conferuntur 1620. f. 15

Civitati Gdecenſi Depoſitorium Salis Bochnenſis & aliorum approbatur, de ibidẽ Spizynenses Incolæ ſalem habeant, 1565. f. 110. Exactio Pontalis conceſſa ſolidus ab equo, decimus tertius aſser & decima tertia Arbor. 1598. f. 708.

Civitati Sochaczevienſi Auctio pontalis, 1611. f. 29

Civitati Solcenſi exactio Pontalis conceſſa, 1626. f. 8

Civitati Torunenſi fides ſub tempus Belli Pruſſici in ordine Gratitudinis commendatur, ſimiliter & Gedanenſi. 1626. f. 5. Depoſitorium conceſſum, 1676. f. 22.

Civitati Vschov: depoſitorium conceſſum, 1676. f. 22. Similiter & LESNENS: *ibid.* Conſtitutio, qua Leſnensi Civitati & Vschovenſi de Civitate Torunenſi & Gneſnenſi Depoſitoria translata ſunt, caſſatur, ſalvis juribus Depoſitoriorum antiquis, & Lini, Tractarum, atquè carbaſi & ſimilibus, 1677. f. 9. Eadem Civitas Vschovenſis & Coſtenſis à Stationibus Militaribus libera. 1673. f. 28. Circa *Jura* conſervatur, 1726. f. 19.

Civitati Varſavienſi Theloneum incorporatur, & à podvodis in perpetum libertas. 1589. f. 534. & 1576. f. 46. Cives à Theloneo liberi 1598 f. 700. Privilegia 1570. approbantur, 1613. f 19 à Stationibus libertas, 1647. & à Hibernis cum Villis ad Capitaneatum pro ſemper 1673. f. 19. & 1674 f. 28. Vias ante Electionem Regis meliorabit 1674. f. 30, & à ſorditiè emundetur 1685. f. 18. Cives coæquantur in prærogativa cum Cracov: 1609. f. 895. *Jura* & Immunitates approbantur, 1676. f. 64. & in Pact: Conv: 1736.

Civitati Vielunenſi Depoſitorium approbatur, 1565. f. 116.

Civitati Vieliczcenſi Depoſitoriũ Salis ut Cracoviæ habeat liberum ſuper 4. Scamnis ad vendendum cautum, 1565. f. 111. ejuſdẽ prout & Supparum Bochnenſis & Olkuſcenſis à Stationibus militaribus libertas, 1633. f. 46. In his libera venditio Carnium per totũ annum pro ſemper conceſſa, aliàs Wolnica. *ibidem.* Ci-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0048-9

Civitati Viſlicẽſi depoſitoriũ Salis Bochnẽſis approbatur, 1565. f. 112.

Civitati Volborſcenſi auctio pontalis per groſsum ab equo, à Bove per ſolidum, 1611. f. 21.

Civitati Zakrocimẽſi pro exstructione Obſtaculi quotannis 6. glebæ ſalis aſſignantur, 1589. f. 536.

Civitati Zamoscie Jura & Diſpoſitiones approbantur, 1589. f. 527. idem reaſſumitur ſalvis Privilegiis privatorũ Nobilium. 1635. f. 47.

Civitas Brody Coæquatur in Libertatibus cum aliis, 1633. f, 45.

Civitati Łovicenſi Privilegia & libertates approbantur, 1633. f. 47.

Civitati Łomzinenſi fundi deſerti conferuntur, quibus venditis debent Cives Prætorium exſtruere 1641. f. 31 prævio calculo coram Capitaneo. *ibidem.*

Civitati Węrężow in Palat. Bełſenſi, Libertas, Nundinæ, Fora, aggeralis exactio approbantur, ſylvæ Regales Vitkovienſes uſui Civitatis conceduntur, 1676. f. 45.

Civitati Biecenſi ab advectis & evectis ſemigroſſus à floreno conceditur pro reparatione Mæniorum, 1641. f. 21. Contra verò Licentioſos coæquatur in *Jure* cum Civitate Cracov: & alijs 1616, f 40.

Civitatis Kijovienſis à Theloneis aquaticis in rem M, D. L. auctis libertas, 1633. f. 58. circa libertates conſervatur. *ibid.* à Stationibus Militaribus Libertas, 1641. f. 26.

Civitatis Visnenſis à Stationibus Militaribus & Conſiſtentiis libertas, 1633, f. 58, & 1676 f. 58.

Civitatis Bobrki à Vectura libertas, 1633. f. 61.

Civitati Tarnovienſi Privileg: ſuper Theloneum Aquaticum & Terreſtre approbantur, ſalva Contributione, & Privilegiis privatorum Nobilium, 1635. f. 47.

Civitati Elbinenſi in alleviationem Contributionis pro Territoriis in alienis manibus ſitis quotannis ab Anno 1735 ex Theſauro Regni ad futura Comitia 8000. flor: exſolvantur 1736. f. 100.

Civitatibus Cajaviæ Privig: approbantur, 1616. f. 32.

Civitati Sandomirienſi Depoſitorium Salis & Halecum approbatur, & ut in ibidẽ Mercatores per 3. dies maneant, cautum. 1565. f. 112. Mæniorum reparatio injuncta, 1631. f. 41.

Civitati Kolomyiscenſi depoſitorium ſalis Ruſſiæ & Mercium approba-

probatur, 1565. f. 113. & Civitati Turobin ſimiliter. *ibidem.*

Frumenta, boves, equi extra Regnum non vendantur, exceptis Nobilium & Civitatibus Portoriis ſub confiſc: & pæna 1000 Marc: in Offic: Caſtr. repetenda ſine appel: ſed extra Regnum licita coemptio, ſancitum pro re Palat. Majoris Poloniæ, 1621. f. 12. & 1676. f 29

Civitatibus Chęcinenſi, Chełmenſi, Kaſimirienſi, Conſt. 1677, f. 28. reaſſumitur & Chełmæ ac Caſimiriæ licitum hominibus cujusvis nationis ſese locare & mercaturam exercere 1678. f. 25. Idem Civitati Rubieſzovienſi. *ibidem.*

In Civitate Cracovienſi propinationes privatæ & Mercatura tollitur, ſimiliter exercitium Artificum, 1683. f. 15.

Civitates Pruſſiæ Amunitiones Hoſti non ſubminiſtrabunt ſub Pæna Perduellionis, 1703. f. 20. & quæ in Exercitio Religionis, Catholicos impediũt, Emptionē Lapidearũ & Officia Magiſtratꝰ denegant, pænâ, 500. Aureorũ poſt Curiã repetēda puniãtur, 1638. f. 44.

Cracoviæ fundus per Perilluſtr: Łubinski ad Xenodochium Piętkovienſe fundatus juxta ſtatutũ 7550. herb. f. 275. à Contributionibus liberatur, 1654. f. 13

Lublini & Petricoviæ Curiæ & Lapideæ Nobilium à Stationibus Deputatorum liberantur, ſuper Capitaneo Hoſpitia deſignante pæna 500. Marc. in Tribunali repetenda ſancita, 1654. f. 13.

Civitates *Jus* ad liberam Electionem habere prætendentes ad id non admittantur, donec eo nomine *Jura* reproducant, 1648. f. 20. & 1674. 30.

CLAUSTRORUM Religioſarum ſecuritas cauta, ſi quis Virginem quocunque prætextu violenter ex eo acceperit, vel tantum limina Clauſtri licentiosè tranſcenderit, pænæ infamiæ ſubeſt, forum in Comitiis, 1616. f. 12. Idem de Eccleſiis. *ibidem.* Ratione tamen verborum læſivorum, ad hanc Conſt: nemo conveniatur ſalva lege de Improperio, 1618. f. 5.

Thorunenſes Clauſtrum Religioſarum cum bonis ſub pæna B. reſtituant, forum poſt Curiam, *1611*, f. *17.* & reviſores ex cauſa Damnorum aſſignati, *1616.* f. *12.*

Clauſtrum Monialium Ovſianenſium à dationibus vulgo ſpow y poradlne liberatur, *1616.* f. *37.*

Con-

Conventus Poſnan. Patrum Carmelitarum, quoniam juxta Confirmationem S. Vladiſlai, *1413.* in poſſeſſione bonorum Starołęka et Czapary extiterat, ideo & nunc conſervatur, non præjudicando ſi quis legitimiora *Jura* oſtenderit, *1633.* f. *52.*

Monialibus Petricovienſibus bona ſub Sochaczew, vendere conceſſum, aliorum verò Clauſtro propiorum pro ſumma *15000..* coemptio, ſalvis oneribus Reipublicæ conceſſa, *1638.* f. 42.

Conventui Łancicienſi Villam Grzymkową Wolą pro Chociſzewo, ſalvis oneribus Reipubl: prævia reviſione commutare conceſſum. *ibid.* f. 43 eidem ſumma certa per Palatinatum aſſignata approbatur, *1641.* f. *52.*

Monialibus Posnan: Commutatio Bonorum æquivalentium conceſſa, *1638.* f. *52.*

Monialibus Plocenſibus Ciepielewa venditio & aliorum coemptio ſive commutatio conceſsa, *1641.* f. 25.

*VIDE MONIALES.*

Conventui Luceorienſi via penes Eccleſiam ſita incorporatur, alia poſt Conventum deſignatur, *1673.* f. *21.*

Conventûs Reformatorum ex ſuburbio Sandomirienſi ad Civitatem translatio conceſsa, *1676.* f. *58*

Monialibus Boleslav: Villā Chotymin vendere permiſsū. *ibid.* f. 63.

Conventui *Czervinenſi* pro Villa Zawady in *Jus* Terreſtre transmutata aliam Villam pro ſumma 12000. flor: emere conceſſum, 1685. f 13.

Monialibus Lvoven: SS. Omnium bona pro ſumma 30000 flor: emere licitum, 1690. f. 21. Similiter Dominicanis Thorunenſibus pro ſimili ſumma. *ibidem.*

*VIDE MONIALES.*

CLENODIA nemo vendere ex mercatoribus præſumat ſub Confiscatione & pæna 100. Marc: in Tribunali repetenda 1620. f. *10.*

Clericus bona Terreſtria poſſidens ad expeditionem teneatur Herb: f. 117.

Cmetho profugus intra annum tantum repetatur Herb: f. 234.

Propter has culpas licuit ſubditis recedere à Domino: Primò cum Dominus excommunicatur, & ſubditi privantur Eccleſiaſtica Sepultura



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0051-5

pulturâ. 2dò cum Villanam oppreſſerit, 3tiò Si fuerint pignora de illis recepta. Herb: f. 234.

Fugitivorum res Domino ſpectant Herb: f. 236.

Cmethones profugi reſtituantur per Tenutarios bonorum Regalium & ſpiritualium Bonorum & per Cives ſub pæna 3. Marc. Herb: f. 2 6

Forum pro Cmethone in Terreſtri ſive Caſtrenſi Judicio. ſed eſt per Miniſterialem & Nobiles areſtandus, terminus peremptorius. Herb f. 339. & 240.

Spirituales pro bonis & injuriis bonorum Juri communi ſubjectorum, jure Terreſtri experiantur, injuriæ verò ſunt ſuper limitib9, Cmethonibus profugis, Cæde & vulneribus. Herb. f. 239.

Si quis impoſſeſſionatus duxerit filiam Cmethonis poſſeſſionati, apud illam in poſſeſſione remanebit, ſimiliter impoſſeſſionatæ apud poſſeſſionatos maritos. Idem de Viduis obſervandum. Herb. f. 238.

Dominus, non Cmethones, pro rebus in Controverſo fundo receptis, agat. Herb. f. 240.

Poſt ſteriles Cmethones bona proximi tollant. *ibidem.*

Cmethones pro ſuis debitis in Civitatibus non detineantur ſub pæna 6. Marc. & refuſione damnorum in Caſtro. Herb. f. 17.

COLLEGIA Soc: JESU fundata & fundãda approbãtur, 1635. f. 11.

Collegio Ravenſi bona pro pretio 30000 flor: acquirere permiſſum *ibid.* f. 23. & aliis *ibidem.*

Collegio Poſnan. bona vendere Nobili, alia verò emere conceſſum, 1638. f. 35.

Collegio Margemburgenſi bona proſumma 30000. flor. acquirere licitum: ſimiliter & Choynicenſi. *ibidem.* f. 50

Collegiis Soc: JESU Civitates Pruſſiæ exercitia Cultus Divini & artium non impediant, ſub pæna Invaſionis domûs, forum in Tribunali erempt. 1607. f. 842 Forum poſt Curiam contra Gedanenſes & Thorunenſes, 1611. f. 17. reaſſumptum 1647. f. 26.

COLUMBATIO non exigatur à Parochianis. Herb. f. 78.

COMMINANS alteri, pænæ 100. Marc. & reſtitutioni damnorum ſubjacebit. 1588. f. 461. Comminantem verò prævia manifeſtatione ſi quis poſt elapſas 6. Septimanas in defenſione interfecerit, pænis ratione Homicidii non ſubjacebit, 1633. f. 41.

COM-

COMMISSIONES omnibus Terrigenis ad limitandum dentur. Herb: f. 87. & 246. & 1588. f. 459. & 1633. f. 40.

Primò duo Dignitarii & Succamerarius dabantur. 1454 Deinde 2. Dignitarii & 2. Officiales & Camerarius ad limitandum dabuntur, 1494. Hebr. f. 87. & ex Viciniori Palatinatu poſſunt aſſignari poſſeſſionati. Herb. f. 88.

Juxta teſtimonia ſenum juratorum procedant, quibus diſcordantibus Conſcientias ſuas ſequantur, Contradictione Tenutarii bonorum Regalium non obſtante. Herb: f. 87.

Deinde Succamerarius *v.* Camerarius proprii Territorii cum Cōmiſſariis etiam Vicinioris Palat: aſſignentur, 1588. f. 459.

Commiſsarius ſubſcriptis Innoteſcentialibus diſparens, excepta vera infirmitate comprobanda, 100. marcas luat, in Tribunali. *ibid.*

Defenſio non intelligitur deſtructione proprii laboris per annum exiſtentis. *ibidem*

Ratione damnorum forum cum Capitaneis in Terreſtri Judicio, proceſſûs executio ſuper bonis hæreditariis juxta Coſt: 1562. contra verò Impoſſeſſionatum procedendum ita, prout contra impoſſeſſionatum. *ibidem.*

Subditi bonororum Regaliũ, pro damnis in aſſiſtentia Poſſeſſoris, Cives verò ſine aſſiſtentia in Terreſtri Judicio agant, & ubi non fuerint limites, ex tunc Judicium decernet Nobili Granicies per Commiſſionem expedire. *ibidem.*

Poſt dislimitationem ſi Nobilis fundum adimere voluerit, ex tunc ipſum Judicium ſivè Camerarius in fundum eundem condeſcendat, & in proximis disjudicabit, cum refuſione damnorum. *ibid.*

Quidquid Commiſſarii fecerint ratum ſit, neque alii dentur. Herb: f. 44.

De authoritate Commiſſariorum Statuta & Conſt: 1550. 1567. 1588. 1598. reaſſumuntur, ſuper verò actum Commiſſariorum ruentibus, pæna 5000. Marc: ſancita, in Tribunali decernatur. 1661. f. 21.

Actus Commiſſariorum per integrum numerum peracti ſtent. 1598. f. 692.

Commiſſiones extraditis tempeſtive Citationibus in Ducatu Maſoviæ expeditæ manuteneantur, 1569. f. 191.

Capitanei & Tenutarii ad limitationem exeant, Commiſſarios provideant, libera bona poſſidentes, Herb f. 88.

Commiſſiones niſi ſuper Limitationem & Diviſionem inter Fratres & quæ fuerint de partium conſenſu dentur, Herb: f. 86.

Commiſſionis ad limitandum terminus 2. 7mrum, à poſitione per Miniſterialem & 2. Nobiles Innoteſcentiarum, Herb. f. 88.

Commiſſariorum actus Capitanei poſt diſlimitationem manuteneant, 1550. f. 7. Literæ Commiſſariorum quibus inſerta Commiſſio fuerit, & Sigilla Commiſſariorum appoſita, robur habeant, etiã ſine Confirmatione, Herb: f. 250. Literas Limitum liberum eſt in acta inducere *ibid.* & Citationes pro relevatione extraditæ caſſantur, 1562. f. 25. & 1598. f. 692.

Capitaneus ſi ſcopulos diſſipaverit, ſuo ſumptu eosdem renovabit, cum pæna 100. Marc. etiam apud Succeſſores ſuos repetenda Poſt Curiam, 1562. f. 25. & 1567. f. 733 Sed ſi id ſubditi inſcio Domino fecerint pæna 50. Marc. puniantur, & Commiſſarios intra 12. Septimanas ſuo ſumptu ad ſipandos novos ſcopulos conducere debebunt, 1578. f. 340.

Plebeius contra Commiſſarios invehens, & inhonorans, ſeſſione per dimidium Anni puniatur, & ſi arma corriperet, licet non vulneraret, Collo luat pænas, Nobilis verò juxta ſtatutum puniatur, Herb: f. 88.

In Palat. Kijoviæ & Braclav: ſuper ſub ſcribente Jnnoteſcentias Senatore, & in poſt disparente, pæna 10000 Marc: in Tribunali repetenda ſtatuitur 1613. f. 12. Sed tandem in locum eorundem, Succamerarius debet aſſignari, & *Judicium* Terreſtre cum Officialibus Terr: ſub pæna 500. Marc. comparendi. *eodem* f. 34.

Commiſſio una die non determinata, ſubſequenti Continuabitur, 1588. f. 459. Poſt Limitationem damna non inferantur. Subditi fundis Terr: & apiſteriis non utantur, Herb. 246.

In actu Commiſſoriali niſi in 30. perſonis, plebeiis verò cum 20. Pars reſiſtat. 1588. f. 459

Approbationes Comiſſionum ex Cancellaria dentur, 1569. f 191.

In Terris Pruſſiæ dum differentia duos Laneos vulgo Włoki Chełminſkie excedit admittatur appellatio, 1613. f. 25.

Com-

Commiſſio data ad limitandum Palatinatuũ Ruſſiæ Betſen: Podoliæ ex una, & Vołhyniæ atq; Braclav. ex altera parte, 1576. f. 292. 1578: f. 338. 1581, f. 374. & Palatinatus Lublin: & Kijoviæ includitur, 1589. f. 525. 1590 f. 584. 1593. f. 648. 1598. f. 690. Tandẽ modus adinventus ut partes dislimitationem affectantes Succamerarios Vexilliferos & Tribunos ſuorũ Diſtrictuum impetrent, illi verò extraditis Innoteſcenciis duorum abſentia non obſtante dislimitabunt, ſalva ad Tribunal appel: ſive ob diſcrepantiam in ſententiis remiſſione, Pæna verò ſuper Officiali Innoteſcentias ſubſcribere nolente 100. Marc. in Tribunali etiam ex re, non condeſcenſionis repetenda ſtatuitur, cum bonis verò Regalibus Commiſſiones dentur 1601. f. 738. Deinde Commiſſio Palat. Kijoviæ Braclav. & Podoliæ ad limitandum conceſſa, 1736. f. 105.

Similiter Palat: Ruſſiæ, Vołhyniæ favore Bonorum Załozieckich, 1717. f. 10. & 1736. f. 106.

Et Palat. Ruſſiæ & Podoliæ ſimul & pro adminiſtranda Juſtitia cum Valachis 1598 f. 711. & 1601 f. 738. 1609 f. 897. & modus concluſus approbatur. *ibid.* f. 750. & 1624. f. 11.

Commiſſio ad limitandum Regnum ab Hungaria Sileſia & Marchia, 1550 f. 6. & 1591. f. 615. 1601. f. 741. 1609. f. 897. 1611. f. 7. 1613. f. 10. & f. 20 1627. f. 12 1629. f. 14.

Commiſſio ad limitanda bona Trzcinſkiego à Sileſia, 1609. f. 905. & Terræ Vieluneñſi, 1611. f. 11. & 1613. f. 24.

Et D. Braclav. à Ducatu Curlandiæ, *1598*. f. *696*. *1601*. f. *760*. *1607*. f. *861* *1609*. f. *970*. *1611*. f. *42*. *&* *1613*. f. *43*. & Ducatûs Samagitiæ ab eodem Ducatu Curlãdiæ, *1601*. f. *760*. *1611*. f. *41*. *1613*. f. *47*. & *1616*. f. *48*.

Commiſſio pro Conſtituenda Juſtitia Ducatûs Lithv: cum eodem Ducatu Curlandiæ *1607*. f *861*. modus diſtrictibus Upitſcen: & Vilkomirienſi adinventus *1611*. f. *43* quem Upitſcenſis retractat Vilkomirienſis acceptat, *1613*. f. *49*.

Commiſſio Palat: Plocenſi & Maſoviæ atq; Epiſcopatui Varmienſi pro cognoſcendis injurijs à Pruſſia Ducali, *1601*. f. *741*. & ſecundario Ducatui Maſoviæ & Podlachiæ in ſimili & ad dislimitandum, *1607*. f. *849*. *1609* f. *865*. *1611*. f. *21*. *1613*. f. *27*. & modus adinventus ut Capitanei de Regno cum Officiali Terreſtri, & ſimiliter de Pruſſia

 pro

pro F. S. Martini quotannis ad locum proximiorem condeſcendāt, exceſſivos Plebeios puniant, Nobilibus verò Polonis in Tribunali Petricov: v. Lublinen: de Pruſſia verò Ducali in Krolewiec forum reſervatum 1613. f 21. & 1616. f. 29. Similis Commiſſio ratione adminiſtrandæ Juſtitiæ & ad dislimitandum inter Pruſſiam Ducalem & Terras Pruſſiæ 1609. f. 896. 1611. f. 37. 1616. f. 16. & cum D. Maſoviæ 1591. f. 617. ex cum Di: Valcenſi, 1670. f. 31.

Ad Limitationem Regni cum Moſchovia dabitur Commiſſarius Lithvanus, Ducatui verò Lithv. dabitur Polonus, 1638. f. 15.

Inter Regnum & M. D. L. propter ſopiendas injurias, petentibꝰ duo ex Regno, & duo ex M D. L dentur Commiſſarii, qui ſinè dilationibus decidant 1557. Herb. f. 89.

In Palat: Braclav. ſuper nonnulla bona Terr: Commiſſiones datæ caſſantur, 1611. f. 30.

Commiſſio pro cognoſcendis differentiis Capitaneatus Krepicenſis cum Kłobucko, *1658.* per Rempul. data *1676.* Reaſſumitur *1677.* f. *14.* & *1690.* f. *30.* & ad eundem Capitaneatum ex re expenſarum in fortificationem Capitaneo agnoſcendarum & per futurum Donatariū exſolvendarum Commiſſio, *1678* f. *12.*

Commiſſio ad dislimitandam Terram Stężycenſem cum Palat: Lublinenſi. *ibid.* f. *30.*

Ad Villam Topola in Palat. Lanciçienſi ex re deſolationis ſive reparationis *ibid.* f. 33.

Commiſſio ad Œconomiā Novodvorſcenſem & Malbor. pro Cognoſcenda reparatione Gębickiemu *1676.* f *27.*

Commiſſio ad dislimitandum à Sileſia & Hungaria, *1550. 1591. 1601. 1609. 1611. 1613. 1627. 1629. 1631. 1633. 1637. 1638. 1676. 1673.* & cum Abbatia Præmetenſi & Capitaneatu Mederecenſi, 1676. 1678.

Diſtrictibus Camenecen,, cum Latyczov. 1601. f. 739.

Palatinatibus Poſnan. Caliſſienſi, Terræ Vielunenſi, D. Oſtrzeſzov. Ducatui Osviecimenſi & Zatorienſi 1676. f. 30. & aliis 1678. 1683. 1685. f. 14. 1703 f. 20.

In Ordine erigendarum Eccleſiarū in Capitaneatu Livoniæ Commiſſio, 1678. gravaminoſa tollitur, alia deſignatur, 1683. f. 9.

Commiſſio ad dislimitandum Palat. Kijoviæ cum Lithvania, 1589. f. 525. 1593. f. 648. 1598. f. 690. 1601. 1607. effectuata, ſed denuo

alia,

aliâ, 1609. & 1611. hac caſſata aliâ 1613. & hæc caſſata, ex quo fundi non ſunt reviſi, alia 1620. effectuata tandem in receſſu 1623. & 1624 deinde approbatur, 1631 f. 19.

Ad Moſina & Gołęcino non effectuata iterum deſignatur ad decidendas expenſas, 1736. f 108.

Ad bona fæudalia Osmolowice, Syruta, Bruſkurowice, 1717. Conceſſa non effectuata reaſſumitur, 1736. f 115.

Ad bona Leſczyniana cum Capitaneatib9, Creditoribus Cōmiſſio conceſſa, 1736. f. 100. effectuata.

Commiſſio in ordine auctionis Exercitûs in 6. 7mis ab actu Comitiolorum Relationis Varſaviæ deſignata, Commiſſarii quid quid Conſtituent non tangendo Contributionem Ducillarem & ſolidaream in proximis Comitiis cognoſcetur, 1736. f. 101.

In T. Lucovienſi cum bonis Regalibus Wochyn expedita Commiſſio approbatur, 1699. f. 16.

Commiſſiones ad diſlimitandum cum Vicinis Extraneis ſivè ad Cōmutationē niſi tribus Ordinibus conſentientibus dentur, 1646. f 4.

Commiſſio Grodnenſis, 1677. 1678. & 1690. f. 12.

Ad Conferentias cum Extraneis ſalva relatione & approbatione 1736. f. 94.

Commiſſio ad diſlimitandum Capitaneatum Krzepicenſem cum Sileſia Villis, Sternolice, Wichrow, Bodzanowice, Kochanowice, Liſowo, Kuznica, Kalinowa, Olſzyny & aliis, 1690. f. 29.

Commiſſiones ſemel ad inſtantiam hæredum datæ ampliùs non dentur, 1717 f. 10.

Commiſſiones aduſque cum bonis Regalibus ſubſecutæ approbantur, 1703. f. 23.

Ad diſlimitandam T. Chaliczenſem cum Palat. Podoliæ ex quo ad Contribuendum duplex onus bona præcipuè Uchryn & Wygnanka trahuntur Commiſſio deſignata. 1703. f. 68.

Ad diſlimitationem Trachłymirowa cum Capitaneatu Kanievienſi, Commiſſio, Bona verò Trachłymierow circa Granicies in Privileg: 1576. expreſſas, Conſervatur. 1717. f. 70.

Inter Diſtrictum Cremenecenſem & Palat: Lvovenſem, *ibidem.*

Inter Bliſka wola in Palat. Vołhyniæ et Iezierce Regalia. *ibid:* f. 71.

Com-

Commiſſio Breſtenſis in receſſu 1631. 1633. 1635. cum Palat: Lublinenſi & Podlachiæ prout quis poſſidebat ita poſſideat ſub pæna 500. Marc: ratione evocationis extra Juriſdictionem interpoſita, ad diſlimitanda verò privatorum bona dati ſunt Commiſſarij, 1638. f. 25. & 1642. f. 25.

Commiſſio Lvovenſis, omnesque actus & obligationes ſuper ſummas contractas in ſatisfactionem Exercitui approbantur, 1635. f. 18.

Commiſſio ad Capit: Drochimſcenſem rationeq; eliberationis Elbląg & exemptionis Clenodiorum 1726. f. 11. in ante verò fuerat, 1678. & 1683. f. 11.

Terra Sanocenſis ex quo ſpoliis ab Hungaria reſiſtere non valet, defenſio eidem conceditur, expeditione ex facultatibus Bonorum omnium Terræ ejusdem, 1678. f. 19.

Commiſſio ad reviſionem Bonorum Swiercze in ordine ad Commutandum ex quo Suppæ Vielicenſi adjacet, 1635. deinde Collegio Podoleniecenſi in vim cenſus, 2400. flor: quotannis exſolvantur 1726. f. 42.

Commiſſio ad diſlimitandum Capitaneatum Olſztynenſem cum Boronowo ſileſiaſticis, 1670. f. 29.

Commiſſio ad Capitaneatum Boleslavienſem ex re reparationis 1676. f. 63. & approbata, 1677. & ſumma 10000. flor. agnita.

Commiſſio in Villa Walicze Palat: Culmenſis ratione ejusdem reparationis expedita approbatur, 1673. f. 27.

In Simili ad Capitaneatum Lublinenſem deſignata, 1673. f. 29.

Fundi & Sylva in Palat. Czerniechoviæ & Novogrodenſi ante ordinationem in poſſeſſione Incolarum exiſtentes per Capitaneos nō uſurpentur ſub pæna 1000. Marc. parti & Judicio per medium, ad diſlimitanda verò bona ad Succamerarios addantur etiam alij Commiſſarij, Innoteſcentiales duabus 7manis ante terminum ad Inſtantiam Actoris extradantur, Commiſſioni verò ſeſe opponentes reſpōdeant in Tribunali Lublinenſi, 1638. f. 32. & ſi quis ſcopulos diſjecerit alios ſipare tenetur, 1641. f. 14.

COMITIA juxta tempus & locum deſignabuntur, 1550. f. 4.

Comitia Regni cum M. D. L. ſunt Communia 1564. f. 56. id eſt ſub uno Principe, 1569. f. 174.

Locus

Locus Comitiorum, Varſavia caſu excepto. *ibidem*, f. 179.

Comitia quolibet biennio ſubſequantur, excepta neceſſitate Reipublicæ & per 6. 7mnis durabunt, 1567. f. 255. 1685. f. 1.

Poſt Comitiola in 6 7mnis Comitia coincidunt, poſt Generalia verò in 3. 7mnis 1613. f. 10.

Hac die finiũtur qua inchoãtur in 6. 7mnis, 1591. f. 615. & 1598. f. 615.

Nuncio in Comitijs, Nobili in Comitiolis Integritatem Jurium licitum promovere, 1609. f. 886.

Comitia à receſſibûs inchoantur, 1611. f. 19. 1618 f. 8. 1619. f. 6.

Inſtructiones pro Comitijs Senatores cum Mareschalco ſubſcribant in Eccleſia concluſas in Cracovienſi Poſnan, & Caliſſienſis Palat: 1616. f. 11. Sed hæc Conſt: pro parte Palat. Posnan: & Caliſſiẽ: ſublata, 1618. f. 6.

Comitia Prolongari neque eorum tempus diminui poteſt, & 5. die ante determinationem, Nuncij cum articulis Stubam Senatoriã adibunt, & ab invicem concludent, 1633 f. 14.

Tertia Comitia Grodnæ aſſignantur, excepto Actu Convocationis Electionis & Coronationis in Regno tantum Celebrandis, alternata Gentis obſervetur 1573. 1576. 1673. 1677. Eademq; Grodnæ Celebranda Comitia ſub directione Mareſchalci M. D. L. celebrabuntur 1685. f. 1. Tandem alternata Comitiorum conceſſa, 1690. & ſi electus Mareſchalcus non fuerit pro alternata non cenſeatur, Comitia verò poſt Electionem Mareſchalci evaneſcentia pro alternata Provinciæ cenſebuntur, 1699. f. 48. & 1703. f. 3.

Propoſitiones in Regno per Cancellarium & Procancellariũ Regni, M. in verò D. L. per eosdem Miniſtros M. D. L. ſub Comitijs fiant, 1673. f 18. Idem circa aditum & reditum Nunciorum poſt denuntiationem electi Mareſchalci. *ibidem*.

Tempus Comitiorum feria ſecunda poſt f. S. Michaẽlis; Comitiola verò Comitia 6. 7mnis præcedant die Feſto non obſtante, prævijs Literis Univerſalibus & Inſtructione, Deliberatoriæ verò Comitia præcedant uno quartuali quod Attendentiæ Primatiali commiſſum eſt, 1717. f. 50.

Mareſchalcus Comitiorum prima die eligatur 1673. f. 11. & 1690 f. 1. 1699. & 1736. f. 103.

Non

Non inchoatis Conſultationibus in ſtuba Nunciorum, eorundem Nunciorum ſtubæ Senatorum ad Concludendũ aditus tollitur 1673, f. 11. Sed id 5. die ante determinationem fiat ſine regreſſu, & ſine Candelis Comitia finiantur, 1690. f. 1. & 1726. f. 3.

Mareſchalcus niſi has Conſtitutiones promulgabit, ſuper quas in ſtuba Nunciorum publicus aſſenſus erat. 1633. f. 14.

Poſt electionem Mareſchalci objectiones Nuncijs decidantur illis præſentibus non præjudicando in poſt adeuntibus, deinde S. Rex ſalutabitur, Pacta conventa promulgabuntur, Deinde propoſitiones à S. R. M. ſcripta Comitiorum proximè præteritorum, Senatûs Cõſilia, deinde diſtributio vacantiarum ſubſequatur, ac demum vota ſenatûs, poſt hæc S R M. Deputatos ad Conſtitutiones aſſignat ex Senatu, poſt hæc Intereſſe Artileriæ & Theſauri decidatur, deinde Relationes Legationum ſemotis arbitris cum juramento, his peractis Nuncii Conſultationes peragant, Sacra verò Regia Majeſtas cum Senatu & Deputatis per Mareſchalcum Comitiorum poſt reditum ſui ad ſtubam nominatis, Cauſas Comitiorum decidat, 1633. f. 14. 1690. f. 1.

Loco Articulorum Mareschalcalium Pacta Conventa legantur, 1669. f. 11, 1674. f 14. 1699. f. 18.

Mareschalcus Comitiorum electus juret, in manus antecedanei Mareſchalci, ſive ejus locum tenentis 1678 f. 1. & Deputati ad Conſtitutiones ſint jurati, ſint verò per duo ex Gentibus eligendi, 1673. f. 11. & 1678.

Seſſiones nocturnæ tolluntur, *ibidem*.

Limitationes Comitiorum abrogantur, 1726. f. 3.

Deliberationes in triduo fiant, quas Mareſchalcus ante aditum ſtubæ Senatûs requirat, 1633. f. 21.

CAUSÆ Comitiales ſine Comitiis non decidantur ſub nullitate, 1588. f. 457.

Cauſæ ad Conventionem devolutæ ſtatutis diebus judicentur, Herb. f. 62.

Cauſæ prout ad Regeſtrum ſunt inſcriptæ, itá ſuo ordine decidãtur, Sententia S. R. M. cum pluralitate jungenda, Rejectiones abrogantur, Decreta in tridno per Judicium Terreſtre, in Cauſis verò

Theſau-

Theſauri ac in Civilibus per Notarium Decretorum Regni in Regno, in M. verò D. L. per Notarium Decreti M. D. L. per Referendarios in Protocollo ſubſcripta extradantur, neque ad immutationem vel Correctionem etiam S. R. M. jubente non adferantur, quoties verò S. R. M. ad Judicandum requiſita fuerit, toties Judicium faciet & in Cauſis Curlandiæ, 1699. f. 15. & 1736. f. 60.

Ad Cauſas ex Remiſſionibus duo Deputati ex M.D.L. ſint, 1611. f. 16.

Ad hæc Judicia Mareſchalcus poſt vota Senatorum non obſtante Contradictione Deputatos nominabit, 1678. f. 6. Hæc clauſula, non obſtante, ſublata, 1683. f. 6.

Cauſas Comitiales Fiſci de bonis nullo jure receptis tum Remiſſarum Notarius Decretorum Cancellariæ Regni ita prout Terreſtris inſcribat, juratus ſit, 1641. f. 7.

Cauſæ verò Criminales poſt vota Senatorum per unam ſeptimanam decidantur, deinde Fiſci & de bonis nullo jure receptis f. 2. feria verò 3. M. D. L. f. 4. 6. & Sabatho Cauſæ Criminales f. 5. Remiſſiones à quovis Judicio factæ *v.* his deficientibus, Criminales. *ibid.*

Palatinatui Vołhyniæ in Cauſis Comitiorum Criminalibus in primo termino conceſſa pœna Contumaciæ, 1616. f. 18. Similiter Palat: Braclavienſi, Kijoviæ & Czerniechoviæ, 1638. f. 36. Vide Criminales.

COMITIOLA in Palat. Maſoviæ & Electiones per pluralitatem effectuabuntur 1598. f 702. Eadem reaſſumitur Palat. Podlachiæ, & ſi ſuper Mareschalcum unanimis Conſenſus non fuerit, ex tunc is, ad quē inchoatio Comitiolorū pertinet, Vota ſuper Mareſchalcum excipiet, & ex pluralitate Votorum eundem promulgabit, 1678. f. 28.

Pro Comitiolis Osviecimenſis Ducatûs Inſtructio à S. R. M. loco Nuncii Capitaneo Osviecimenſi transmittatur, 1581. f. 375. & 1610. f. 20. Zatorienſia Comitiola præcedunt Proſzevienſia unâ 7mna, 1635. f. 37.

Palatinatibus Breſtenſi Cujaviæ, & Junivlad: quoniam ſibi in eligendis Deputatis & Nunciis pluralitatem more Palat. Majoris Poloniæ in Comitiolis conſtituerunt, ideo eisdem præmiſſa diſpoſitio approbatur, 1685. f. 19.

Comitiola privata, Limitationes, & ſine Literis Univerſalibus Regalibus continuationes, & directionis Mareſchalcalis prorogationes abrogantur, 1717. f. 76.

G Comi-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0061-0

Comitiola boni Ordinis in craſtino Electionis Deputatorum conceſsa, 1685. f. 4. & 1717.

Comitiola Relationum Conſt: 1717 f. 22. acceptantur in Regno.

COMPATIBILITAS Palatinatûs Czerniechoviæ cum Capitaneatu adinſtar Palat: Kijovienſis, 1635. f. 17. Vide Capitaneatus.

COMPLICES meliorato ſtatuto Herb. f. 179. in Criminalib9 eâdẽ pæna, qua Principalis, puniantur prævio ſcrutinio, 1588. f. 465. Impoſſeſſionati Turri mancipentur, Herb. f. 90. Victo Patrocinantes proſcribuntur. Herb. f. 89.

Pro Complicitate Banniti forum, Officium Caſtr: In pænam Complicitatis Incidit Bannitum fovens, & qui eidem Conſilio & auxilio adeſt, 1588. f. 466. Et qui bona per jure victum abſceſsa defendunt. In Complicitatis verò Cauſa Minorennibus non datur dilatio. *ibid.*

In Palat. Podlachiæ ratione Complicitatis nemo conveniatur niſi is citet qui banniebat, 1607. f. 848. & ratione Cyngarorum nemo citet. Capitanei eosdem expellant. *ibidem.* Et in Palat. Kijoviæ ſimiliter in utroque, 1611. f. 18.

COMMUTATIONES ſeu venditiones non poſſunt proximioritate prætendi, ſimiliter & donationes 1576. f. 305. In Excep. Maſov.

Commutationes cum bonis Regalibus per Literas Reviſorum ſuſceptæ approbantur, 1598. f. 692.

Commutationes invitis hæredibus & ſine Generali Conſenſu ne fiant, 1646. f. 4.

Bonorum non reviſorum neque approbatæ Commutationes prout & Blizanowa, Tykadłowa, & aliorum Capitaneatûs Caliſſienſis caſſantur, 1562. f. 130.

Bokutycze pro Kopylow commutatur, 1678. f. 26.

Konopnice in D. Lublinenſi Gałęzowſkiemu per Cives venditio facta approbatur, 1677. f. 11.

Molochow Villa Xenodochii Juri terreſtri incorporatur, exactio aggeralis ad tempus in reparationem Viarum convertenda approbatur, 1677. f. 20.

Drozdowice cum advocatia in Palat. Ruſſiæ Kątſkiemu Generali Artileriæ jure hæreditario collata, 1677. f. 35.

CONDESCENSIONES. Pro termino Condeſcenſionis Officialis

comparens, ſi per emiſſarium de adventu alterius notitiam habuerit, ex tunc fundata *Juriſdictione* Actum in *Craſtinum* transferet, & pars à *Contraventione* eſt libera, dum modo ante occaſum Solis notitia fiat, 1726. f. 46.

Si quis Condeſcenſionem Termino de noviter repertis documentis vexatoriè impugnaverit & *Cauſam* in Tribunali his documentis non lucraverit, pænas de vexatoria actione luat. *ibid.*

CONFIRMATIONEM Jurium Rex quilibet electus facit.

CONFRATERNITATES caſſantur ſalvis jurib9 Eccleſiæ 1550. f. 8.

CONSTITUTIONES publicā honeſtatē lædentes, ne fiant, Herb. f. 101.

Niſi in *Conventione* decernantur. *ibid.*

Rex eas ſine publico *Conſenſu* non faciat. *ibidem.*

Futura reſpiciant non præterita. *ibidem.*

Neminem onerabunt, niſi publicatæ. *ibid.* & 1726.

Conſtitutiones *Comitiorum* Deputati ex Senatu & Equeſtri Ordine ſubſcribant & Mareſchalcus, promulgatas verò prævia interrogatione placet ne? ad Acta Caſtr: Varſav. porrigant in *Craſtino*, ſive Mareſchalcus porrigat, 1588. f. 457. & 1613. f. 7.

Conſtitutiones A. 1590. temporaneæ caſſantur. 1591. f. 618.

Conſtitutiones Comitiorum proximè præteritorum, erroneè typo impreſſæ caſſatæ, aliud exemplar: ad Typum porrigatur, 1659. f. 2.

Conſtitutiones per Senatûs conſilia & Literas Univerſales non caſſabuntur, ſed potiùs juxta *Conſt:* 1576. 1588. 1607. 1641. in Senatûs *Conſilio* præſentes *Concluſiones* affirmativas ſententiarum ſuarum ut ſubſcribant Cancellaria obligatur. 1662. f. 2.

Conſtitutiones Comitiorum ex mente Senatûs Conſilii typo non imprimantur, 1659. f. 2.

Conſtitutiones vacantibus Actis *Caſtr:* Varſav. ad Acta Metrices porrigantur & in triduo typo imprimantur, obſigillentur, ante Comitiola Relationis per Diſtrict9 & Terras ad Acta porrigātur 1661. f. 15.

Mareſchalcus *Comitiorum* unum exemplar ad Acta, aliud ad typum propter concordantiam offerre obligatur pro ſemper, 1690. f. 2.

Deputati ex Gentibus per duo ad Conſt: ſint, 1673. f. 11. Conſtat verò ex Conſt: ultimariis, quòd Deputati *Conſtitutiones* ſic ſubſcribunt;

bunt: 4. ex Senatu, ex Equeſtri verò ordine, 2. de Majori, 2. de Minori Provinciis, & 2. de M. D. L. iidem verò primò poſt Senatores ſe ſubſcribunt, cujus Provinciæ alternata, 1726. & 1736.

CONSVETUDINES Terræ Cracov. quæ ſunt approbatæ, pro Lege perpetua teneantur. Herb. f. 102.

CONTINUATIONES Cauſarũ abrogãtur, & inſcriptiones Cauſarũ per non ſunt ex arbitrio Mareſchalci ne cadant ſub pænis de practicatione. *ibidem.* f. 47.

CONTRACTUS verbalis præcipuè ratione hæreditatis locum in Judicio non habeat. 1576. f. 311. in Except: Malov.

Contractus Obligatorii interpretationi Tribunalis non ſubjaceant, ſummæ ab hinc Contractæ, monetâ in Contractu expreſſa, valore autem in Regno Currenti, perſolvantur, Poſſeſſores ad Calculum non teneãtur, nec ipſi prætenſionem habeant ratione non correſpondentiæ, niſi fuerit additamentum *v.* reparatio Contractu cauta *v.* Decretis ſive juramento evicta, ſalvis anterioribus Decretis & Tranſactionibus. Poſſeſsor quoque per proceſſum bona poſſidens omnino ad Calculum tenetur, 1726. f. 46. *Vide Ludus.*

CONTRADICTIO circa Electionem Deputatorum vel Officialium ſi facta fuerit, debet proteſtatio die Electionis contra eundem actum ſubſequi, primo in illo congreſſu ad præſentiam omniũ promulgata, deinde coram Actis facta, 1601. f. 750. & 1726.

CONTROVERSIÆ intra triduũ porrigantur. 1616. f. 42. 1569. f. 192. per litigantes Controverſiæ exhibeantur, Herb. in fine.

Controverſiis partium exauditis Judices ſententias ferant, ſunt juramento obligati.

CONTUMACIÆ pæna præcedat proceſsũ in Cauſa cum ſucceſoribꝰ, quibus autẽ Palat. in Cauſis Comitialibus conceſſæ, ſcriptũ eſt tit. (Cauſæ.

Pæna duorum boum abrogatur, Herb. f. 103.

Actor poſt trinam Convictionem ad poſſeſſionẽ admittatur, Herb. f. 103. poſt rem verò judicatam, poſt unam Condemnationem 1726.

Neque Coram Rege, neque Coram Capitaneo Primus Terminus eſt peremptorius, Herb. f. 461.

Citatus Actorem abſentem poteſt condemnare, Herb. f. 104.

CONTRIBUTIONES per Declarationes Palatinatuum non ſtatuantur, 1699.

CON-

CONVOCATIONIS Comitia poſt fata Regnantium fieri ſolent.

CORRECTURA Jurium & libertatum, 1578. f. 332. denique omnibus Pact. Conv: cavetur.

Coæquatio Jurium declarata, 1697. f. 24. Deinde ad Comitia in receſsu, 1736. f. 111.

Correctura jurium Terr: Pruſſiæ, 1589. conceſſa, 1590. prorogata, tandē effectuata approbatur, 1598. f. 701. & adhuc conceſſa, 1616. f. 16.

Correctura Tribunalis effectuata 1726.

CORTESANICO Jure ſi quis aliquid impetraverit, proſcribatur, & bona ei confiſcentur, expenſæ prævio juramento reſtituantur, ſi metu pænæ Liti cedit, Herb. f. 115.

Corteſani Romæ agentes redeant ſub pæna Infamiæ *ibid.* exceptis his qui ſtudii & negotiorum Cauſa, ad Curiam Romanam ſeſe contulerunt, 1540. Herb. f. 116.

CRIMINALES Cauſæ ad Comitia pertinent, 1578. f. 328. Poſt vota per unam 7mnam judicentur; ac demum per totum tractum Comitiorum qualibet feria quarta ſexta & Sabbatho. *ibidem.*

Criminalem Cauſam ex Civili faciens, pænâ ſeſſionis Turris & 100. Marc. cum refuſione damnorum puniatur, & Cauſa ex Comitiis ſeu Poſtcurialibus Judiciis ad Officium Caſtr: remittatur 1565. & 1578. f. 328. Seſſionis verò ad 12. 7mnas, & pænæ ad 200. Marc. auxeſis, 1588. f. 465.

In Criminalibus ſcrutinium requiritur in primis Terr: *v.* Caſtr: Judiciis poſt Crimen patratum in foro delicti, 1578. f. 328.

In Criminalibus Articulis Caſtr: datur appellatio ad Tribunal: *ibid.*

Criminalibus D. Maſoviæ primus terminus peremptorius, 1576. f. 297. deinde non 1589. f. 581. & Volhyniæ non 1616. f. 18. Vide Cauſæ, & Comitia.

Terminꝰ comparendi pro Comitiis in Criminalibꝰ 4. 7mnæ. 1576. f. 297.

Crimine in objecto ſi Citatus evadet, Actor ſine pænis maneat, 1588. f. 465.

CRIMEN læſæ Majeſt: niſi in perſonā Regiam machinatione, conſpiratione, violento conatu committitur, Herb. f. 117. & 1565. & 1588. f. 455. Citatio ponenda 6. 7mnis ante terminum, in Comitiolis publican-

blicanda, in proprio Diſtrictu recognoſcenda, terminus perempt: ex Inſtantia Inſtig: *ibidem*. Sententias dabit Senatus & 8. Nuncii jurati, Rege abſente pluralitas concludet, in paritate Citatus propior ad evaſionem, ſine pænis ſuper Delatore, Delator circa Inſtigatorẽ poteſt eſſe propter convictionem etiam plebeius, probationes ſi defuerint, Citatus evadat, juxta ſtatutũ de viro bonæ famæ, reus verò Criminis, Condemnabitur, Inculpatus verò niſi in 20. Perſonis debet Judicium accedere, Procuratorem eidẽ Judicium addat, conceſſis 3. diebus ad deliberandum, & ſi ſe expurgaverit, ex tunc Delator Nobilis etiam in Contumaciã juxta Conſt: 1565. de faciente Criminalem actionem, ex Civili Pænis expreſſis, Plebeius verò pænâ Capitis puniatur, & ſi evaſerit Delator ſine pænis manebit *ibid.* Dilatio infirmitatis hac in Cauſa ad 2. 7mnas eſt concedenda. *ibid.* Inſtigator ſi Cauſam protraxerit Citatus ad evaſionem in finè Comitiorum admittatur. *ibid.* Cadunt ſub pænam Criminis læſæ Majeſtat. qui ſecuritatem Reviſorum vialant, 1563. f. 41. & Luſtratorũ, 1601. f. 731. Vide Mandata.

CRIMEN Perduellionis extenditur ſuper habente Cointelligentiam cum Hoſte ſecreta revelante, Caſtra ſubijciente, Pacta cum Extraneis ruente, & ejusmodi Cauſa eo modo judicetur, prout Criminis læſæ Majeſt. ſed ad præſentiam Regis etiam ſinè Delatore, ad Inſtant: Inſtigatoris, cum dependentia Mareſchalci, 1588. f. 455. *C*õſt: 1669. abrogatur & 1588. reaſſumitur cum Inſtantanea Inquiſitione & hanc *C*onſt: ſupplendo 12. Deputati ex Eqveſtri Ordine ad has utrasq; *C*riminum *C*auſas adduntur, 1670. f. 15.

Criminis recentis tempus Annus & 6. 7mnæ, Herb. f. 56.

CURATORIÆ prævia Inquiſitione & deductione quod ſit mentecaptus aliquis dentur, ſalvo jure proximiorum, 1638. f. 32.

CUTES Capitanei provideant ut extra Regnum & equi non educantur 1550. f. 5. exceptis bobus hyematis 1566. f. 126. idẽ, Herb. f. 118. reaſſumitur, 1620. f. 14.

CYNGARI de Regno expellãntur eos verò fovens ſit Complex banniti, forum in Officio Caſtr: 1557. f. 10. 1563. f. 99. 1578. f. 335.

In Palat. Podlachiæ Complicitas non currit ſed per Capitaneos expellantur, 1607. f. 848. Idem de Valachis & Serbis, quod de Cyngaris, cenſendum eſt, 1624. f. 10.

DE-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0066-8

DECRETA Comitialia promulgata per Referendarios in Facie Reipub: per eosdemque ſubſcripta *Judicium* Terreſtre in Protoccollon. inſcribat, in *C*auſis verò Fiſci Notarius Decretorum, eadem cō notabit, reaſſumpto ſtatuto, 1538. & 1550. Herb. f. 5. & Conſt: 1641. ſancitum 1667. f. 13. *vide Comitia* ſuperius

Decreta Contumacialia in retruſionem liberæ vocis malitia hominum excogitata caſſantur, 1669. Extra forum obtenta non exequentur ſub refuſione Damnorum, 1565. f. 102.

Decretorum Tribunalitiorum tot Conſt. vallata eſt authoritas.

Decreta ex ſeriis controverſiis lata non ſufferantur, 1678. f. 8.

Poſt Curiam nemo pro relevatione Decreti Tribunalitii conveniatur, *C*itatus etiam disparens liber pronunciabitur, comparente verò *C*itato, Actor 100. Marcas luat, 1578. f. 330. 1589. f. 541. 1607. f. 839. & 1618. f. 5.

In re judicata *C*auſa remittatur ad Capitaneum Loci pro executione, Procurator contra rem judicatam agens pæna Turris per 1. 7mnam in fundo puniatur. 1589. f. 541.

Decreta tamen vim Legis ſapientia Tribunalitia ſint nulla, 1627. f. 9. & 1638. in Tribunali Futuro releventur, exceptis quæ ſunt in parte aliqua acceptata ſatisfactione, 1726.

Decreta Tribunalitia in triduo ſunt promulganda, & extradenda ſub pænis contra negligentes Officiales, 1726. f. 29.

In *C*auſis Palat: Kijoviæ, Vołchyniæ, Braclav. & Czerniechoviæ juxta Conſt: 1627. tum juxta proceſſum, *Jus* & *C*onſvetudinem ac Privilegia eorundem Palat: Decreta proferantur, 1638. f. 109. *Vide Executio*.

Causæ Palat: Vołchyniæ cum Spiritualibus per 6. Deputatos Vołchyniæ, *v.* in defectu eorum per Braclavienſes, aut alios. & per 6. Spirituales decidantur, & niſi per duos de Regno & 2. ſæculares Deputatos Vołhyniæ ſubſcripta, Polonico idiomate connotata executioni Decreta ſubjaceant, 1589. f. 538. & 1609. f. 900. Modus Executionis 1589. 1590. 1613. ſimilia ſimilibus judicentur, Herb. f. 119.

DECIMA ex Bonis Regalibus conceſſa, ex bonis verò Terreſtribus Epiſcopus Compoſitiones Rectorum factas & faciendas, *C*ontractus, quietationes, perpetuo approbabit, & ſi Spiritualis compone-

re

re noluerit, ex tunc Loci Ordinarius cum duobus ex Capitulo Nobilibus id decidat. Ubi verò Maldratæ currunt, ibidem Decima non exigatur, & vice verſa, cum clauſula. Similiter ubi miſſalia aliàs meſzne excipiuntur 1635. f. 10.

Forum ratione Decimarum pecuniariarum Officium Caſtr: ſine Appel: pro manipulari verò in *Judicio* Terr: cum appell: Spiritualis ſi compoſitam recipere noluerit, reponatur in Officio *C*aſtr: & ſi Nobilis circa manipularem exdecimationem permanere voluerit, liceat ei ad id & ſuos obligare ſucceſſores. *ibid.* f. 11. reaſſumpta hæc Conſt: 1635. An: 1678. f. 12.

Libris Beneficiorum ſuper bona Nobilium ſpirituales nihil probare poſſunt, niſi ratione fundi Eccleſiaſtici Poſwiętne & Decimarum vocitati. 1635. f. 12.

Decimæ raptor in Diæceſi Cracov. excommunicetur. Si Dominus Villæ decimam emere voluerit, ante F. S. *J*acobi id procuret, alioquin liberè ea diſponatur. Ubi aratur ibi decimatur, exceptis Rapis, Papavere, Caulibus, Cæpis, Allio & his ſimilibus: & ſi quis in horto ligoniſando plantaverit, decima ab eo non recipiatur, Herb. f. 121.

Cmetho quicunque erat cum integro aratro, dabat 4. ligaturas *C*anapi parati, qui cum medio, duas. Herb. f. 121.

Quilibet verò in Octava S. Jacobi ad recolligendum ſuam decimã ſit paratus, aliàs relictis in Campo 5. Manipulis de qualibet quinquagena, frumenta hominum conducantur, Herb. f. 123.

Ratione decimæ ibidem forum ſæculare. *ibidem.*

Sculteti & Advocati *C*ivitatum & Villarum, in quibus Decimæ nõ manipulatim extraduntur, de 4. Manſis quos coluerint propriis laboribus in F. S. Martini 4. Scotos Pragenſes de quolibet pro decima dent, de reliquis cultis dent decimam in Campo, Herb. f. 123. In novalibus verò ultra Viſlam, & circa metas Ruſſiæ, Hungariæ, ubi decima non erat, de quolibet manſo locato ferto groſſorum Pragenſium in F. S. Martini pro decima detur, Advocati verò & ſculteti ibidem 3. Scotos groſs. ſolvant Eccleſiæ, ex qua percipiunt Sacramenta, & ſi plures quàm 4. Coluerint, de quolibet unum fertonem groſs: ſicut & Ruſtici eodem tempore ſolvant, & inſuper pro Gratia eis facta fertones decimales ſub juramento exigant, & Procuratori Epiſcopi intra 15. dies ante feſta ſequentia præſentare tenebuntur, & ub

in

in novalibus antea decima manipulatim ſolvebatur, ſolvatur in perpetuum, Herb. f. 123.

De Agris ſterilibus circa Długie Pole & Czorſtyn, versùs Myslimice, inter viam Currentem ad Mislimice versùs Twardoſzyno, & inter Slonagora verſùs Montem Obzdow, in Dunaiec, quia ibi frigora diutiùs Terram premunt, 3. Scotos ſculteti ex manſo recipiânt, & Procuratori reddant, Herb. f. 124 Nobiles verò de Agris Cmethonum per ſe cultis decimam ſolvant. *ibidem*. Qui decimas, domos Eccleſiaſticas, invaſerit, rapuerit, raptorem & rapta conſervaverit, niſi reddiderit, Cenſuris & pænis ſubjacebit. Herb. f. 125.

DEDUCTIO NOBILITATIS. Nobilitas 6. Teſtibus Nobilib9 Viris Senioribus, duobus de ſua ſtirpe, duobus ex ſecunda, duobus ex tertia, Genealogia juratis, teſtificantibus, quia eſt, eorum frater, & de Domo ac ſtirpe Paterna procreatus, probatur, 1368. Herb. f. 274. Ex Diſpoſitionibus Majorum, utpote Diviſionibus, Reformationibus, geſtis & actis publicis, deducenda eſt. 1633. f. 33. Poſt deductionem verò Nobilitatis in Comitiolis Cauſa ex ſpeciali regeſtro in Tribunali judicetur, non obſtante partis reſiſtentia, Calumniator puniatur. 1667. f. 14. Ante omnia verò his in Cauſis in Craſtino Comitiolorum Electionis Deputatorum, ſi Mareſchalcus electus non fuerit, coram primo in ordine debet deductio præmiſſa expediri, connotari & ad Tribunal remitti 1690. f. 16. & 1726. f. 46.

Qui fuerit per Decretum non deducta Nobilitate pro Nobili agnitus, deductionem Nobilitatis omnino tenetur expedire, & Judicium ſæculare ejusmodi Cauſas judicabit, 1633 f. 33

In objectione imparitatis deficiens, pænæ Colli ſubeſt 1589. f. 517. & 1633.

Reconventionaliter non poteſt imparitatem objicere, donec ſuam probaverit. *ibidem* 1633.

In Civitatibus Nobilis, ſi propinationibus & Commerciis uſus fuerit, & Officia Magiſtratûs tractaverit, Nobilitatem cum liberis hoc tempore procreatis amittit, bona verò per medium Delatori, & per mediũ fiſco Regio cedenda, *ibid*. & 1609. & 1677. f. 11. Poſſunt tamen habere Domos in Civitatibus, & reſpectu eorundem Juriſdictionem Civilem agnoſcant, & onera ferant, 1550. Herb. f. 275.

Imparem ad ſuum Inſigne nemo ſuſcipiat, & pro illo teſtimoniũ perhibeat, pro conſangvineo agnoſcat, ſub amiſſione propriæ Nobilitatis, forum in Trib: ex cujusvis inſtantia. Idem intelligitur de accedentibus ad alienũ Inſigne poſt Conſt: 1578. Intruſoribus 1601. f. 136. & 1633. f. 33.

In Palat. Kijoviæ, Braclav; & Czerniechoviæ, Incolæ accepta à Dignitariis & Officialibus Terr. atteſtatione, quòd acta deperdita *v.* per Hoſtem combuſta ſint, non addigantur ad reproductionem antiquarum Diſpoſitionum circa deductionem Nobilitatis, ſed in Comitiolis circa eandem Atteſtationem & Juramentum per duos de Paterna, & duos de materna linea proximiores Nobiles præſtandum, & prævia Cõprobatione per eũ, quòd documẽta in actis deperditis *v.* cõbuſtis habuerit præſtanda cõſervetur, & ſi impari Nobiles teſtificaverint & juraverint, convicti propriam Nobilitatem amittant. 1654. f. 9. Idem Palat. Volchyniæ reaſſumitur, 1661. f. 31. & Palat. Podlachiæ, Terris Bielſcenſi, Drohicẽſis, Mielnicẽſi, Nurenſi, 1661. f 13.

DEBITORUM per S. R. M. inſcriptorum & contractorum Respublica non tenetur ad ſolutionem, Creditor ſubjacet pænis de non obliganda Terra Sandomirienſi, quæ ſunt Crimini læſæ Majeſtatis Herb. f. 45. Similes, ſubjacebit, ex regeſtro Fiſci in Tribunali irrogandis, 1643. f. 7.

Et qui ſuper Terras principales, in quibus ſunt Capitaneatus, ſummas dederit, amittet eas, Herb. f. 47. Niſi itaque in Conventione generali bona regalia Conſentientibus Ordinibus cum extenuatione ſummæ obligabuntur ſub amiſſione ſummæ, Herb: f. 47.

DEPACTATIONES per Officiales judiciales & in Condeſcenſionibus abrogatæ ſub pænis arbitrariis, forum in Tribunali, ex cujusvis inſtantia, 1726. f. 38.

In Podlachia verò ſub pæna 100. Marc. parti, & Judicio, per medium. 1609. f. 904.

Cancellaria & Judicium Terr: ac Inſtigatores ultra Inſtructuariũ, nihil à partibus exigant, termino tacto conventi, & convicti juramento, inſuper acceptam pecuniam in triplo reſtituant cum privatione Officij, & hoc Petricoviæ & Lublini, 1726. f. 36.

DEPOSITUM in Palat. Ruſſiæ & Podlachiæ qui violaverit, ſubeſt

eſt pœnis de Deprædatoribus *v.* Invaſione Domûs ſancitis in Officio Caſtr: vindicandis, 1613. f. 14. etiam & Cives ex Cruda Citatione ex regeſtro fiſci in Tribunali hac in re reſpondeant, 1659. f. 11. reaſſumptum 1673. f 30.

DEPORTATIO. Si quis pro deportatione Citationis agere voluerit, agat ante annum & 6. 7mnas, *v.* à prima notitia, Pupillis et fœminis exceptis juxta præſcriptionem, 1588. f. 467.

DEPRÆDATORES. Modus in Podolia Juſtitiæ adminiſtrandæ de Deprædotoribus, 1561. f. 135. Sublatus, ad Judicium Terreſtre etiam pro poſitione Actorum ratione præmiſſorum concitatiō conceſſa, 1581. f. *379*.

Terræ Sanocenſi Laudum contra deprædatores ſtatuendum approbatur, 1677. f. 24.

Modus demū Juſtitiæ in Podolia ad Acta Caſtr: Camenecenſia porrectus approbatur, 1588. f. 478. & 1590. f. 58. deinde Laudum ipſis hoc fine approbatur, 1601. f. 745. deinde melioratum ad Acta porrigant cum ſubſcriptione Offlium Terreſtrium, 1613. f. 13. ad Acta Caſtr: Camenecenſia melioratio hoc fine porrecta approbatur, 1616. f. 16. Item novum ſupplementum approbatur 1620. f. 17. & ultimariè ſimile ſupplementum approbatur, 1624. f. 10.

In Palatinatibus verò Ruſſiæ Capitaneus in Caſtro viciniori, Dominus verò in proprio foro, ſubditum ſuum inculpatum in 2*do* Termino debet ſtatuere & Juſtitiam de eodem adminiſtrare, ſalva evaſione, & ſalva Appellatione, 1588. f. 477. eidem Legi ſubjacent homines ad Hungariam & Valachiam Incurſiones facientes, & Citatione *v.* areſto præventi ſtatuantur ſub pœna 500. Marc. & refuſione damnorum, 1613. f. 20.

Deprædatores verò in Palat. Braclavienſi Dominus ſtatuat ſub pœna 1000. Marc: parti & Judicio juxta Conſt: 1588. An. 1616. f. 23.

Vim vi cuiq; repellere licet, Herb. f. 305.

Per Exercitus expellantur, 1667. f. 19.

Pro parte Ducatûs Osviecimenſis Conſt: 1620. f. 24. deinde Laudum approbatur, 1624. f. 10.

Laudum in ſimili Ducat. Zatorienſis approbatur, non derogando Limitibus Palat. Cracov. 1633. f. 61. & 1635. f. 35. ad futura Comitia & ulterius 1638. f. 34. & 1641. f. 23.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0071-6

DEPUTATI Judices ad Tribunal Regni per totum Regnum feria ſecunda poſt F. Nativitatis G. V. M. eligantur 1578. f. 325. Et in Terra Dobrinenſi, 1597. f. 684.

Palat. Poſnanienſis, Sandomirien: Caliſſien: Plocen: Ruſſiæ, Raven: Podlachiæ, per duos eligant Deputatos, quisq; ſeorſim. Ex Palat. Maſoviæ pro una vice tres, ex Terra Vielunen: unus, ſimiliter ex Dobrinenſi unus, ex Ducatu Osviecimenſi & Zatorienſi unus, ex Palat tamen Ruſſiæ duæ eligantur, 1597. f 326. Et alternata Electionis, 1597. Palat. Ruſſiæ conceſſa tollitur, fiat electio inſimul in uno loco in Wisnia, 1611. f. 25. ac demum alternata in Wisnia & Helmno 1670 f. 29. Tandem 3. ex Lvoven, Premislien, & Sanocenſi declarati 1690 f. 17.

In Palat. Siradien: præter Vielunenſem duo. 1598. f. 692.

In Palat Cracov: duo. 1631. f. 37.

In Palat. Lublinen: duo, ſecundo verò año unus, ſecundo verò ex Terra Lucovien: meliorata Conſt: 1654. f. 15. eligantur. 1677. f. 10.

In Palat. Kijoviæ duo. 1611. f. 18.

In Terris Pruſſiæ ex quolibet Palat. duo, 1589. f. 514.

Ex Palat. Lancicien. duo. 1670. f. 29.

Ex Palat. Raven: duo, ſecundo verò Anno ex Terra Sochaczeviẽ: duo, tertio verò A. ex Terra Goſtinen. duo eligantur. 1609. f. 906. Sed ſint verè poſſeſſionati.

Palat. Bełzenſi ſecundus ordinatur. 1677. f. 10.

Ex Palat. Podlachiæ duo Deputati melioratis Conſt: 1611. & 1699. f. 54. ex Terra videlicet Mielnicenſi per duos Annos, & alternatim ex Bielſcenſi per duos itidem Annos, inchoando à Terra Mielnicenſi eligantur, 1736. f. 104.

Palat. Czerniechoviæ & Novogrod: ſecundus Deputatus ordinatur, ſtallum penes Braclavien. obtinens, 1635. f. 17.

Ex Palat. Maſoviæ pluralitate votorũ eligantur. prout Nuncii & Officiales Terr. 1598. f. 702. per Terras eligãtur, primo Anno ex Terra Czernenſi unus, ex Varſavien. ſecundus, ſecundo Anno ex Terra Visnen: unus, ex T. Wyſzogrodien. ſecundus, Tertio Anno ex T. Zakrocimen. & Ciechanovien. quarto Anno ex T. Łomzinen. & Rożanen. quinto anno ex T. Livensi & Nurenſi, 1578. f. 325. & 1598. f. 702.

Palat. Podoliæ reſpectu Diſtrictûs Laticzovien: ſecundus Deputatus ordinatur, 1736. f. 104.

In Palat. Vołchyniæ Tres, 1726 f. 23.

Locus electionis Deputatorum Posnanien: & Caliſſien: Palat. in Srzoda, Sandomirien. in Opatow, Siradien. & Schadkovien (etiam juxta Conſt. 1598. f. 692.) in Sieradz, Petricovien: & Radomſcen: Petricoviæ, Breſtē: & Junivladislaviē: in Radzieiow, Plocen, in Raciąſz, Lvoven. & Terr. Sanocen. & Premislien. in Wiśnia. Palat. Podlachiæ in Drochiczyno, Dobrinen. in Lymo. In Reliquis verò Palatinat. ibi ubi Judices Terr. eliguntur, deſignatur. 1578. f. 325. In Terra Dobrinen. alternatim eligantur. 1616. f. 3. In Palat. Vołchyniæ uno Anno in Łuck, ſecundo in Włodzimierz, tertio in Krzemieniec alternatim. 1578. f. 326. & melioratis Conſt: 1589. 1603. 1669. niſi tres ex Diſtrictibus Luceorien, Włodzimirien. & Cremenecen per unum eligantur 1726 f. 23. Braclavien. in Wincza 1589 f. 537. Ex Culmē. in Radzyn, ex Margemburgen. in Sztum, ex Pomerania in Starogard. 1578. & 1589. f. 515. Sed In Palatinat. Margemburgen. & Pomeraniæ pluralitate per poſſeſſionatos eligantur. 1613. f. 24. In Lancicien. Bolemoviæ 1578. f. 325.

Siradien. & Vielunen. pluralitate per poſſeſſionatos ita prout Nūcii eligantur 1611. f. 11. Similiter Cracov. & Chełmen. *ibidem* & Plocen. ac TT. Pruſſiæ *ibidem*. f. 22. & f. 24. Et Cujaviæ 1685. f. 19. Atquè Kijoviæ, & T. Mielnicen. ſintquè Poſſeſſionati 1613. f. 13.

Judex Deputatus à cujus Judicio appellatum erat, in eadem ipſa Cauſa Sententiam dare non poteſt: imò ſit abſens ab his Cauſis, quas in ante judicavit. 1578. f. 326. & 1589. f. 537. & 1726. Idem de Mareſchalco cenſendum.

Si oppoſitio Deputato fuerit, ille admittatur, quem major pars elegit, & inſtrumentum ſubſcripſit, & id deciſioni Tribunalis reſervatur, 1589. f. 537.

Deputatꝰ Sæculáris & Spiritualis, modò elapſis quatuor Annis, poteſt denuò eligi, 1578. f. 326. & 1611. f. 40. Etiamſi omnes in illum conſentirent. 1616. f. 3. Et caſſata Conſt. 1633. f. 26. in biennio electionem permittente ſuperiora reaſſumuntur, 1726. f. 21.

Etiãſi ex aliquo Palatinatu Deputatus non fuerit electus, vel non com-

comparuiſſet, alii tamen præſentes ejuſdem Palat. Cauſas judicabũt. 1578. f. 326.

Coram *Judicio* Terr. Siradien. ad præſentiam Officii Caſtren: Petricov. Deputati jurent Rotha *Judicum* Terr. cum additamento, 1578. f. 325. Et ſuper non revelanda Secreta, 1613. f. 7. Similiter & Spirituales 1589. f. 514. Una rotha omnes cum additamento & juxta correcturam Tribunalis: *Judicabo*, eamque in omnibus punctis obſervabo, & ab aliis pro poſse obſervari curabo, nec in electione Mareſchalci à quopiam dependentiam habebo, 1726. f. 21. jurent.

Spirituales niſi Sex, in *Cauſis* Spiritualium, & ſex Sæculares ſententias dent, 1578. f. 327. & 1589. f. 514. & 1613. f. 34. non obſtante Conſt: 1607. f. 876. idem ſancitum. tandem 1726. reaſſumptum. Et in *Cauſis* ex Regeſtris Tactorum & Arianiſmi. 1726. f. 27. In *Cauſis* Terrarum Pruſſiæ Spiritualibus, duo earundem Terrarum Spirituales, & quatuor alii ad Sententias admittantur. 1589. f. 515. Sint à Capitulis ſuis proviſi 1578. f. 331.

Cauſa *Judicis* Deputati etiam parte diſparente ad futurum Tribunal remittatur, excepto ſi pars *Judicatum* affectaverit. 1611. f. 40. Et ex regeſtro paritatis Votorũ in futuro Tribunali decidatur, 1616. f. 3. Similiter & Cauſæ Conſortis, Liberorum, ex Actoratu & reatu ſub nullitate Condemnationis & pænis arbitrariis. Idem cenſetur de Cauſis poſt electionem in alium etiam ante *Juramentum* ceſſis, ſalvo partis Conſenſu. 1670. f. 22. Idem & in minori ſubſellio obſervandum eſt. Et hoc & de Spiritualibus intelligendũ eſt; ac de Cauſis ad quas per evictionem vel ex re Succeſſionis pertinent, 1726. f. 24.

Abſentes Deputati non eligantur, 1616. f. 3.

Et obtrudere ſe præſumens pænæ Infamiæ & incapacitatis honorũ & Officiorum in ævum ſubjacebit, 1726. f. 23.

Ab inchoatione Cauſæ nullatenùs ſe abſentare poteſt, uſque poſt ſententiam, 1616. f. 3.

Idem. Non auditis verò principiis Cauſæ & Controverſiis ſententiam dare non valebit, 1726. f. 28.

Ratione exceſſuum ita prout privatus puniatur 1616. f. 3.

Unus in Deputatum & Nuncium ſimul non eligatur. *ibidem*. Et hoc ad determinationem functionis, Nuncius verò ad Comitiola Relatio-

lationum. 1678. f. 8. Idem de Nunciis ab exercitu. 1616. Et ſi ſtante jam functione Deputati, Comitiola fuerint Electionis Nũciorũ nõ effectuáta; alia verò poſt determinationem functionis Deputatialis ad aliud Univerſale licèt ingruerent, & in his non poteſt effici Nuncius. 1683. f 5. & 7.

Sylvas Lublinen: & Petricovien: non deſolent, neque Capitaneos citent. 1601. f. 749.

Ad Cauſas Spirituales Vołhyniæ. Deputati Sæculares Vołhyniæ vel Braclavien: adjiciantur 6. illis abſentib9 alii. 1589. f. 538 & 1609. f. 898. Et ſublatis Conſt: 1589. & 1613. f. 34. ad plenam Activitatem admittuntur. 1726. f. 23.

Deputatus Podlachiæ per Conſt. admiſſus, 1601. f, 750. & Majoris Poloniæ ac T. Dobrinen: 1726, f, 58.

Cives & Judæos ad mutationem Auri, perſolvendaquè honoraria ſub triplici reſtitutione & pænis Crumenalibus & perſonalibus non cogant. 1726. f. 31.

In locum defuncti alius non eligatur, 1726. f. 21.

Pro prima Cadentia in termino & loco præſtandis Juramentis cõſveto Petricoviæ Comparentes, Lauda Sigillo & Manu Mareſchalci & Aſſeſſorum communita ad Acta ubi uſus obtinuit, porrecta ad præſtandum Juramentum Judicio Terr. & Caſtr, porrigant, etiamſi intempeſtivè aliquis eorum comparuiſſet, in taliquè Caſu apertâ ſtubâ Juramentum præſtabit, in ſpatio tamen unius ſeptimanæ. Idem de Spiritualibus. 1726. f 21.

Diſparenti Deputato proteſtatio ſive Condemnatio à loco arcens circa Judicium Terr. relinquatur, ejuſdem roboris, ac ſi fuerit per præſentem objecta, & ejuſmodi Objectiones clare Judicium Terr. declarabit *ibid.*

Illegitimè electus & Mareſchalcus cum Aſseſsoribus pro irreali Teſtimonio ad Cujusvis Nobilis Poſseſſionati Inſtantiam ejuſdẽ Palat; prævia in proprio Palat. Inquiſitione quisquè Seſsione Turris per 12. Septimanas in proprio Palat, explenda puniatur. In objectione verò deficiens pænis Talionis ſubjaceat, Deputatus verò ad functionem reſtituatur. *ibid.* f. 23

Deputati ſuo in Palat. ante annum Sæculares & Spirituales debent

eſſe

eſſe poſſeſſionati, proceſſibus non innodati, & poſt quatuor annos caſſata Conſt: 1633. f. 26. denuo electi *ibid.* f 21.

Remotus ſivè abjudicatus ampliùs in hoc Tribunali non eſt admittendus, modò primùm poſt quatuor annos, ſi fuerit electus *ibid*, f. 23.

Corruptus à functione relegabitur, pro incapaci declarabitur, corrumpens veró in Causa cadat 1676 f. 33. Corrumpenti cum corrupto in futuro Tribunali liceat ratione Corruptionis agere ex regeſtro Judicum, & talis incapax honorum decernatur, Corruptione cum pæna, 2000. Marc in inſtanti reſtituta. Idẽ de Nunciis corruptis Forum Tribunal. 1699. f. 49. Deinde abjudicatio honoris, incapacitas omnis functionis Activæ vocis ad Conſt: 1699. adjicitur in Tribunali ex regeſtro violatæ Securitatis ſine relaxatione ex cujusvis Inſtantia, 1726 f. 47.

Practicans Cauſas Spiritualis Deputatus cum conſenſu Stubæ per Præſidentem ad ſuum loci Ordinarium remittatur pro pænis ſumendis, & à functione removeatur. Idem de ipſo Præſidente, quem Spirituales loci Ordinario deferant, intelligendum eſt. Idem & de Mareſchalco. Et tali in caſu ſequatur directio Stubæ primum in ordine, & alii eo modo convicti removeantur. *ibid* f 27.

Si quis acquietato vel caſsato proceſſu Deputato ſe oppoſuerit; Vadio Capitaneali puniatur parti, Judicio per medium, & ſeſſione Turris per ſex Septimanas. *ibid.* f. 23.

Proteſtationem contra electionem in legitimo loco & tempore juxta Conſt: 1601. f. 750. per poſſeſſionatum ejuſdem Palat. factam ſi quis ante Juramentum objecerit; non arceatur ab objectione ſub pæna Seſſionis Turris per 12. Septimanas & 200. Marciſ parti, & Judicio per medium. *ibidem.* f. 22.

Termino tacto Deputatus neminem ad Tribunal. Citet, etiam Stubæ Conſenſu accedente, ſub nullitate Condemnationis & pænis arbitrariis futuro in Tribunali irrogandis, exceptis Cauſis Violentiarum in perſona eunti vel redeunti ſivè Lublini exiſtenti Deputato, Conſorti, Liberis, famulis, & bonis commiſſarum, 1670. f. 22.

Deputatus completum deſtruens Sæcularis ſivè Spiritualis, & ter requiſitus non rediens, excepta comprobanda Infirmitate, à functione removeatur, 1726. f. 28.

De-

Deputati Spirituales & Sæculares ſecretum Stubæ ullo titulo, nutu, geſtu, directè vel indirectè non revelabunt ſub abjudicatione. *ibid.*

Ad Comportationem rerum mobilium & liquidationem Summarum Deputati non aſſignentur, alioquin pro cauſato damno tanquã pro corruptione in futuro Tribunali reſpondebunt, ſed comportatio parti per partem coram Officio prævio Regeſtro Judicio porrigendo ſubſequatur, ad liquidationem verò Summarum Officia aſſignentur. *ibid.* f. 26.

Deputati & Mareſchalcus ſtante functione bona non emant, vel quocunquè modo acquirant, excepto Arendæ, ſub nullitate Contractus. *ibid.* f. 27.

Deputatus in Officio Terr. vel Caſtren. exiſtens ad determinationem ſuæ functionis, non debet Officium ſuum exercere, alioquin illud exercere volente pars diſparens pænis Contraventionis non ſubjacebit, & tales Actus etiam partibus affectantibus peracti, ſint nulli. *ibidem.*

Debita Mercatoribus Petricoviæ & Lublini in abſceſſu ſui ſolvãt ſub pæna Bannit: in futuro Tribunali ex regeſtro pænalium ex Inſtantia injuriati publicanda, *ibidem.* f. 31.

A Tractamentis diebus feriatis abſtineant, abſentiam Legalem Juramento evincant. Regeſtrum Tactorum à hora 6. Pomeridiana accipiatur, 1669. f. 8. Reaſſumptum. 1726. f. 47.

Ad Inquiſitiones ex Turno ex utraquè Provincia Mareſchalcus in Solis Cauſis merè violatæ ſecuritatis intra Mænia Civitatis commiſſæ aſſignabit Deputatos. 1726. f. 26. Spirituales in Cauſis fundi circa Officia Succameraria, Terreſtria & Caſtrenſia ad viſiones & Inquiſitiones non addantur 1633. fol. 34.

Juramentum nemine excepto in determinatione ſuæ functionis apertâ Stubâ coram Judicio Terr: vel eo vacante, Caſtr. in Prætorio ſecundariò explebunt. 1726. f. 47.

Mareſchalcus & Deputati Lublinen. Miniſtri Statûs & belli ſub tẽpus Electionis Mareſchalci Petricoviæ nè ſint præſentes. *ibid.* f. 23.

Regeſtra ordinaria Tactorum f. 4. & 5. Deputati Majoris Provinciæ non obſtante alternata quilibet ſui Palat. Petricoviæ teneant, vel Deputato ex hoc Palat. non exiſtente, proximus eidem Deputatus ſupple-

ſupplebit vices, *ibid*, f. 26. Lublini quoque Deputati Provinciæ minoris, *ibidem*.

Regeſtra quoquè Militariũ, paritatis Votorum, Remiſſarũ, Caſſandarum, & alia Palatinalia Petricoviæ & Lublini Deputatus primus ex Provincia loci tenebit, non tamen ad hoſpitium adferantur ſub amiſſione eorundem. Itaquè quilibet ſuo Palat. reſpondebit, in casu inconvenientiæ, *ibid*. f. 25.

Regeſtra tenens ſafam duplicem habebit. *ibidem*. f. 42.

Deputati Tribunalis Petricov. Lublini, Lublinen. Petricoviæ ſub tempus Sententiarum nè ſint præſentes, nequè arbitri. *ibid*. f. 28.

A taxatione Utenſilium & liquorum abſtineant. *ibidem*.

Sententias Mareſchalcus & duo Deputati ſubſcribant, & *Judicio* Terr. dent. 1578. f. 326. & 1726.

Judicia Compromiſſorialia ſtante functione in hoſpiciis non judicent ſub nullitate judicati, 1726. f. 28.

Mareſchalcus & Deputati hoſpitia aliena ſibi non uſurpent ſub pæna 1000. Marc: parti, *Judicio* verò per medium ex regeſtro pænalium repetenda. *ibid*. f. 26.

DIGNITATES & Officia Curienſia & Terreſtria Spiritualia & Sæcularia niſi Nobilibus poſſeſſionatis bene meritis dentur, neque minuentur. 1374. 1434. 1454. 1550. Herb. f. 130. & 1503. 1505. 1510. 1538. Herb. f. 131. & 156[illegible]. f. 20. Si ſecus factum fuerit, Privilegio injuria illata cenſebitur, 1503. Herb. f. 131. & 1576. & 1669. & ſi ob inſigne meritum Dignitas impoſſeſſionato collata fuerit debet in medio Anni poſſeſſionem curare, 1540. Herb. f. 132. itaque impoſſeſſionati ad Inſtantiam Nunciorum priventur Dignitatibus & Officiis, 1543. Herb. f. 133.

Dignitarii in Capitaneos loci cum *Jurisdictione* non præficiantur 1538. Herb. f. 132.

Caſtra & Tenutæ niſi Nobilibus Polonis credantur poſſeſſionatis Herb. f. 133.

Dignitarii & Officiales ſua noſcant Officia *ibidem*. Sint in ſuis Territoriis Poſſeſſionati, 1562. f. 23. Sub pæna 200. Marc. 1563. f. 42. pæna aucta ad 2000. Marc. forum ubiquinarium & nullitas *Judiciorum*, 1613. f. 33.

Capi-

Capitanei viſitent loca ſuarum *Juriſdictionum*, Officia ſua exerceant, & ſint poſſeſſionati, Negligentes Officio priventur, 1565. Herb. f. 134.

Officiales Graniciales & *Caſtr.* atq; Terreſtres & Burgrabii in ſuis Territoriis ſint poſſeſſionati Nobiles neque notati, 1726. f. 38.

Officiales *Caſtr.* Petricov: & Lublinen: tacto termino ad Tribunal. in *Cauſis* judicialibus non conveniantur, ſub nullitate judicati, ſalvo Ordinario proceſſu, 1635. f. 35.

Dignitarii in Comitiis jurent ſuper ſua Officia, 1674. f. 16.

Dignitarii & Officiales negligentes ad Delationem Nunciorum ad inſtantiam Inſtigatoris citentur, 1565. f 84.

Officiales Terr non in poſitione Actorum, ſed in *Judiciis* Terr: jurent, 1589 f. 517. deinde etiam in abſentia Palatini & Caſtellani coram Dignitariis & Officialib9 Terr. & Nobilitate in *Judiciis* Terr: vel in poſitione Actorum judicialium, 1598. f. 692 Sed in Ducatu Maſoviæ niſi in Judiciis Terr, 1593 f. 648. *Coram* Dignitariis & Nobilitate per totum Regnum jurent, 1726 f. 38.

DILATIONES ad munimēta etiā Actoribus dentur, Herb. f. 273.

In Cauſis juris ad ſimplicia tum perimentia dilationes dentur, & qui ſe ad perimentia receperit & non probaverit, ſuccumbet, Herb. *ibidem.*

Minorennibus bona *Jure* victi poſſidentibus, in *Cauſa Complicitatis* & Potioritatis ad Competentiam Annorū dilatio non poteſt concedi, & ſi proceſſuati fuerint poteſt Tutor evadere, vel Pupillis beneficium evaſionis debet reſervari, Tutor verò per Parentem Pupillorum Summam inſcriptā ſolvat, *v.* traditionem bonorum non impugnet, 1588. f. 466.

Dilatio pro majori ad ſimplicem poſtulationem concedatur, Herb. f. 331.

In *Cauſis* violatæ Securitatis Senatorū, Nunciorum, Deputatorū, ubi perſonalitas requiritur dilatio Infirmitatis concedatur, 1667 f. 6. In omnibus *Cauſis* perſonalitatem requirentibus detur, nihilominus Procurator *Cauſæ* Dilationem poſtulans in inſtanti juret, prout à Principali ſuo ex re petendæ dilationis eſt requiſitus, nec contrariam de ſalute Principalis habet Notitiā, pars quoq; in Futuro termi-

no infirmitatem comprobabit, 1726. ejusmodi verò dilationes ſtatutum per mettertium evincendas diſponit, Herb. f. 325.

Ex re venditorum ſive obligatorum bonorum in Cauſa Evictionis Dilatio Minorennibus non datur, 1505. Herb, *Vide Minorennes*.

Dilatio in perſonalibus in Cauſis Militaribus ad reproductionem Teſtimonii vulgo Exempt detur, 1638. f. 11. & 1676. f. 29.

DISSIDENTIBUS Dominis liceat ſuos ſubditos etiam Catholicos punire, 1573 f. 209. & f. 227.

Liberum Exercitium Religionis in Fanis pro tuncexiſtentibus: ac privatim in domibus, advenis permiſſa eſt devotio. 1632 Confœd: Varſav: Fana quoque noviter non exſtruantur; *Ibidem* Cauſis verò violatæ Securitatis Diſſidentium non Regeſtrum Tactorum, ſed f. 5. Recentium Criminum eſt aſſignatum: Miniſtri Diſſidentium coram Judicio ſæculari reſpondeant, 1632. f. 11. Regeſtrum quoque illud Correctura, 1726. eſt ſublatum.

Idem de fanis & de exercitio Religionis etiam privatim in Domibus, ſine Cantu, Concione, & magno Congreſſu, Ducatus verò Maſoviæ circa antiquam Legem conſervatur, 1674. f. 4. Idem de privato Exercitio & Fanis, 1717. f. 25. Adinſtar verò ſupraſcriptæ Conſt: 1674. in Ducatu Maſoviæ in ante Exercitium Religionis in Domibus (excluſis tamen Plebeiorum ſervitoratibus) conceſsum eſt 1668. f. 4. Pax ipſis Cauta ſalvis Juribus ſeu exceptis Maſoviæ, 1696. f. 3.

Fana ubi poſt Conſt: eo fine Sancitas 1632. 1648. 1668. 1674. Sub Confæderatione latas, fuerint exſtructa, demolientur, 1717. f. 25.

Congreſſus publici, Cantus, Conciones, ſub pæna Carceris & pecuniaria ac pro ultimo exilii prohibiti ſunt, per Mareſchalcos Tribunalis & Capitaneos puniantur, exceptis Extraneorum Miniſtris, & Anteriores Conſt: reaſſumuntur, forum ubiquinarium. *ibid.*

Eadem Pax Diſſidentibus cavetur, ſed ab Activitate in ſtuba Nũciorum, Tribunalitia, & Cõmiſſariorum excluſi, & à quibusvis Dignitatibus & Officiis remoti, Protectionem apud Extraneos ne quærãt ſub P. Perduellionis 1733. f. 10. & 1736. f. 79. Conventicula etiam prohibita, *ibidem*.

Ex Actoratu ſeqantur forum Rei, Perſona verò Spiritualis in Crimine deprehenſa tradatur officio Spirituali, 1632. f. 11.

Super

Super verò Violatoribus *Jurium* Religionis *Catholicæ* in *Civitatibus* Pruſſiæ, & retrudentibus eosdem ab Officiis Magiſtratûs, & à Poſſeſſionibus quærendis pæna 500. Aureorum, forum poſt *Curiam* ſalvis legitimè obtentis Privilegiis *Civitatum*, 1638. f. 44.

Ratione non reſtitutionis Eccleſiæ B. M. V. Gedani, Decreta lata exequantur, 1638. 1659. 1717. f. 27.

Executio Decreti inter Thoronenſes & Soc: JESU injuncta. 1724. f, 3. Kożuchowſki.

DIVISIONES ex Actu Cõmiſsoriali agnitas ſi quis impugnaverit, Commiſſarii ad Judicium Terreſtre remittant, Herb. f. 135.

Diviſio per Patrem inter Liberos ex duabus Uxoribus ſuſceptos facta, rata ſit, cum æqualiter Pueri primæ Uxoris Portionem Matris ſuæ obtinuerunt, & portio ſecundæ Uxoris liberis ejus cedere debet, Herb: *ibid.*

Diviſio inter Fratres ſive Conſangvineos facta per Triennium et Tres Menses non invalidata, rata ſit, Herb. f. 134.

Si quis Summa in bonis Regalibus hærenti ſibi diviſione ceſſa abjudicatus fuerit, repetitio ei ex ſubſtantia Patrimoniali præſcriptione non obſtante reſervatur, 1562. f. 15. Ratione verò proventûs faciant Partes *Concordiam*, & ratione Reparationis Juramentum. *ibid.*

Si quis *Indiviſus* Ædificia ſumptuoſa exſtruxerit, ſeu Civitatem erexerit, ex tunc eidem ſors eadem Diviſione cedat, alia verò proportionaliter alteri, & ſi diſcordaverint faciant id Amici. *ibid.*

Diviſiones & Commenſurationes inter fratres & Conſangvineos factæ, in Judicio Terreſtri (excepto ſi diſquiſitio de Genealogia & documentis fuerit) ſine Appellatione decidantur, 1576. f. 313. In Except; Maſov. Poſſeſſionis præſcriptio 3. Annorum. *ibid.*

DIVORTII Cauſa Spiritualis fori eſt. Divortio ſubſecuto, Dotis & *Inſcriptionum* ratione inter ſeparatos Cauſa ad Judicium ſæculare remittatur, 1543. Herb. f. 135.

DOMINA Reformatoria ſecundò nubens ſubeſt exemptioni, ut Succeſſores ejus juxta ſtatutum, Herb. f. 157. 1588. f. 467.

Reformatio ſi primitiva eſt quàm onera, non ſubeſt proceſſui ſuper marito obtento juxta ſtatutum, 1523. Herb. f. 363 & 1588. f. 467. Convictus verò jure Golotharum conveniatur, Bona verò Dotalitia ſint à perlucris libera, Herb. f. 363.

Refor-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0081-1
DFG

Reformatio alteri ceſſa vel inſcripta, absquè ſolutione contradotis exſolvatur, 1576. f. 314. In Except: Maſov.

Domina Reformatoria ſi conſenſerit ſuper venditionem bonorum Reformationi obnoxiorũ amittit Reformationem ſuper his venditis bonis, idem intelligendum de bonis obligatis, *ibidem*.

Ad Ligamenta Inſcriptionis Marito Servientis agere non poteſt, agant ſucceſsores Onera Mariti ferre non poteſt, ſolvant ſucceſsores.

DONATIONES Bonorum Regalium & Emphiteuſes non dētur, 1569. f. 89. exceptis deſertis in Ruſſia & Podolia, 1567. f. 153.

Nequè ſuper Teloneis Zuppis Donationes & Salaria vulgo Jurgielty dētur, impetrans pænæ, 1000. Marc: ſubjacebit, ſimiliter & Adminiſtrator extradens, 1638.

Donationes poſt ſtatutum Alexandri fæuda venditiones fundationes quomodolibet factæ caſſantur, excepto Ducatu Maſoviæ, 1562. f. 16.

Equeſtris Ordo *Jus* datum vulgo Wſtępy, Wchody ad Lacus, flumina, Nemora habens, circa uſum conſervatur, in Caſu differentiarum dentur Commiſſiones, 1633. f. 62.

In D. Maſoviæ Commutationes Bonor: Terr. de conſenſu partium factæ & Actis inſertæ approbantur, 1576. f. 305 Et etiamſi poſſeſſores *Jura* perdiderint originalia non tamen inquietabuntur ſub pæna, 500. Marc: in Tribunali luenda, eadem pæna ſuper Capitaneis Proceſſum exequentibus, 1598. f. 690.

DOTES non inſcriptæ nullæ ſint, Herb. f. 135

Indotatæ mulieri Crinile, 30. Marc: Solvatur, vel poſſeſſio in proventu 3. Marc: detur ad ſolutionem, ideoque Maritata de bonis non debet equitare donec ſatisfacta fuerit, Herb. f. 136.

Dotalitia, fugâ *v.* Crimine Mariti non vitiantur, *ibid.*

Nec perlucris ſuper Marito obtentis Dotalitia, ſubſunt *ibid.*

Cum mulier præmortua fuerit habens reformationem, Dos à Marito ſupervivente jure exigatur, ſed præmortuo Marito Mulier ſi bona poſſidebat ſibi reformata ad vitæ tempora, & obierit, debet ſucceſſoribus ejus Dos reſtitui, Herb: f. 137.

Si Pater cùm prima Uxore habuerit filios, & cum ſecunda filias, ex tunc poſt fata Parentis filios nulla Pars 2dæ Uxoris ſpectabit, ſed ſorores Maritabunt, *Dote* de Bonîs Paternis eis aſſignata, Herb: f. 138.

Licèt

Licèt verò per fratres Patrueles ſororum ex bonis hæreditariis, exdotatio infra Annum tantum juxta Taxam, Herb: f. 138. eſt conceſſa, tamen, excluſioni filiarum germanos fratres non habentium ſubveniendo proviſum eſt, quodſi Mariti Conſortes ad receptionem ſummæ ſtrinxerint, exiſtat id in arbitrio Conſortum ſi ſponte vendere voluerint, Herb. f. 158.

Præſcribit Virgo poſt deſponſationem pro hæreditate 3. Annis & totidem Menſibus, Herb: f. 479.

Virgo à Patre dotata plus à fratribus non petat, Herb. f. 139.

Dotes Fratres Sororibus ad proportionem natu majoris aſſignent, alias juxta arbitrium proximiorum duorum de Paterna, & duorum de Materna Linea, 1588. f. 461. Et poſt elocationem in Matrimoniū exſpirato Anno Dotem ſolvant, *v.* bona exdividant, ſi cum Conſenſu eorundem *v.* Conſangvineorum vota iniverit, forum in Caſtro, interea dent honeſtam educationem, *ibid.*

Dotes Poſſeſſores Bonorum ſine Dilatione ad Evictorem ſolvant, proviſio etiam Virgines ſpectat, *ibid.* f. 467.

DUELLUM Legibus eſt vetitum, ſi quis evocaverit, & evocatus ſe ſtiterit, uterque pænæ 60. Marc: & ſeſſioni Turris per decurſum dimidii Anni ſubjaceat, forum in Judicio Terr: Sed Rex poteſt duellum permittere, 1588. f. 462.

DUX EXERCITUUM. Regni Exceſſus Militares cohibeat, puniat, 1590. f. 569.

Articuli ejus prout Comitiorum ſancita ſint validi, *ibid.* f. 570. & Typo imprimantur, 1609. f. 888. & f. 930. Decreta ejus in Criminalibus prout Comitialia robur habeant, 1590. f. 570. requiruntur Rothmagiſtri & Præfecti ad proferendas ſententias etiam in Criminalibus, 1591. f. 618. & 613. Scilicet ponderatis votis Aſſeſsorum poteſt militem Criminaliter punire pro ſenſu ſuo, etiam, ſi tempus non capiet, ſinè Aſſeſſoribus, 1593. f. 640. In Criminalibus Comparens criminaliter puniatur, Contumax verò in Fama bona convincatur in Judicio Ducis Magni Exercituum ſivè Compeſtris utriusque Gentis, 1601. f. 732.

Decreta eorundē habeant robur, 1607. f. 857. 1609. f. 889. Capitanei ea exequantur prout Comitialia, 1609. f. 889. Vitæ & necis faculta-

cultatem habeant ſinè appellatione, 1613. f. 2, Omnia ſuperiora reaſſumuntur, & Conſt: 1590. de diſciplina quæ erat caſſata, 1620. f. 13. Similes reaſſumptiones, 1621. f 1. 1624. f. 1. Injuriatis tamen conceſſa Appellatio ad Tribunal, Stante verò Appellatione Rothmagiſter Commilitonem in obligatione militari aliàs w slubie, reliquos verò ſub Cuſtodia habeat, ſub P. quam reus ſuſtinere debuit, 1609. f. 888. Idem de Appellatione Actori licita, 1613. f. 2.

In privato intereſſe in Comitiolis, Conventiculis Perſonis militaribus non utatur ſub P. B. 1591. f. 613.

Sint jurati, 1717. f. 34.

Non niſi ad vota Senatorum & Nunciorum bene meritis, poſſeſſionatis Capacibus in Comitiis per S. R. M. hæc Miniſteria dentur, & fatis ante Comitia ſubſecutis Ducis, Conſtituatur Advitalitialis Regimentarius. *ibidem.* f. 28. Tandem hæc Lex in diſtribuendis his Belli Miniſteriis extra Comitia diſpenſatur, 1736. f. 5.

Pro Electione Regis Exercitus non conducant, Conducti pro Hoſtibus Patriæ declarantur, in generali Judicio Capturali reſponſuri, eidem foro & pænis Colonelli Rothmagiſtri ſubjacebunt, 1648. f. 11. 1668. & 1674. f. 16.

Duci Campeſtri eadem Poteſtas prout Duci Magno conceſſa, 1653. f. 7. abrogatur 1654. f. 5. denuo verò prima reaſſumitur Conſt: et Jus Gladii utriſque conceſſum, 1717. f. 28.

Super Conſiſtentias, ſtipendia, Contributiones, aſſignationes ne dent, Officiales Extraneos non conſervent ſub P. Perduellionis, forum in Tribunali & Officio Caſtrenſi, *ibid.*

ECCLESIARUM Theſauri per Epiſcopos & Capitaneos connotentur, in bonis verò Nobiliũ cum Collatorib9 id faciant, Herb. f. 459.

Eccleſiam cum Armis nemo ingrediatur ſub pænis, 1611. f. 3. Et ſi quis in Eccleſia *v.* Cæmeterio aliquem vulneraverit, *v*, occiderit, pro Invaſore Domûs judicetur, 1576. f. 307. in Except. Maſov.

Fundi Eccleſiarum Collegiatarum, Reſidentiarum, Conventuales, & Hoſpitales ab Executione, & quibusvis exactionibus ſint liberi, 1655. f. 32.

Eccleſia ſub Tit. S. Jacobi Thoronii Monialibus reſtituatur ſub P. Colli. 1661. & 1667. f. 47. Proteſtationes contra hunc Actũ Caſſantur, ampliùs ſub pæna, 2000. Aureorum ne fiant, aggravationes prohibentur, 1676. f. 50.

Jus

Jus Commune non permittit defendi ab Eccleſiis Nocturnos Segetum, Fundorū damnidatores, viarū obſeſſores, prædones, fures proclamatos, ter regeſtris notatos, Incendiarios, Ecleſiaſticæ Immunitatis violatores, Herb. f. 458. & f. 172.

Ubicunque Nobiles Continuam ſuſtentationē Presbytero aſſignare curaverint, permittitur eisdem Eccleſiam in bonis fundare Bodzianta, Herb. f. 458.

Eccleſiarum Dignitates Terrigenis Nobilibus dentur, expectativæ abrogantur, Herb. f. 459.

EPISCOPATUM cum derogatione Juri Majeſtatico, ſeu aliud Beneficium jure Corteſanico impetrans, proſcribatur juxta ſtatutum f. 115. & ſub nullitate, 1588. f. 469. & 1641. f. 13.

EQUI extra Regnum non pellantur Capitanei provideant 1550. f. 5. per Capitaneos ſub pæna 200. Marc. per Theloneatores verò ſub pæna ſeſſionis Turris per 12. 7mnas libere non dimittantur. 1557. f. 10. ſub confiſcatione.

Idem de Cutibus, 1620. f. 14.

Hæc ſuperiora reaſſumuntur 1647. f. 7.

Equi per Judæos non vendantur ſub confiſcatione & pæna furcæ Herb. f. 150. 1557. f. 10.

De Hungaria & aliunde Equi in Nundinis vendantur, Capitanei emptionē Nobilibus non denegabunt ſub pæna 100. Marc: Herb. f. 150. & 1557. f. 10. Hungariam verò ſi quis pro emendis aquis diſceſſerit confiſcentur ei, 1578. f 336.

Equs accomodatus ſi fuerit læſus, per 2. Septimanas absque labore conſervandus eſt, & ſi non convaluerit, componendū eſt eum parte, Herb. f. 150.

EXTRANEOS primò Rex Henricus 1573. f. 225. deinde Stephanus, 1576. f. 255. Sigismundus 3. 1588. f. 452. obſtrinxit ſe in Regnum non ſuſcepturum, nec eis officium daturum, tandem S. Auguſto 2do 6. Extranei ad latus conceſſi, qui ſi in Materias ſtatûs ſe immiſcent, Citati ad Tribunal pænis Criminalibus ſubjacebunt ex cujusvis Inſtantia, 1694. & Miniſterium Saxonicum debet à præmiſſis abſtinere, nec non ab Inſtantiis, 1717. Reaſſumptum 1736. f. 66.

Juriſdictioni Mareſchalcali ad regeſtrum ſuſcepti ſubſint, 1607. f. 1646. & 1699.

Neque eis *Jure Caduco* bona conferantur, forum in Tribunali tanquam cum impoſſeſſionato, 1607. f. 829. Salvis domeſticis S. R. M. bene meritis quo ad Collationem Advocatiarum, 1736. f. 58.

Extraneos ſub Interregno nemo conſervet, 1587. f. 414.

Extranei à Functionibus arceantur, ad Extraneos non niſi Nobiles in Nuncios & Reſidentes probatæ fidei dentur, 1662. f. 10. In TT. Pruſſiæ Extranei & *Judæi* bona vendant, & ampliùs non emant ſub amiſſione, forum in Tribunali, 1589. f, 515. & in toto Regno 1601. f. 743. Salvis Juribus Terr. Pruſſiæ.

Ad ulla Officia, Oeconomiarum Zupparum, Capitaneatuum, Regentiarum, Secretariatûs, Notariatûs, Adminiſtrationes Theſauri & Telonei ſimul & *Judæi* non admittantur, pæna ſuper ipſis 2000. Marc. in omni foro ex cujusvis Inſtantia ex regeſtro fiſci vindicanda, 1736.

Sub tempus Comitiorum in eadem *Civitate* non ſint præſentes niſi cum Conſenſu Mareſchalci, Patres Familias de ipſis ſub pæna arbitraria notitiam dent, eosque non ſuſcipiant, 1669. f. 4.

Extranei ſine Indigenatu mediantibus Reſcriptis Decretis ac quæſito modo bona Terreſtria non poſſideant, *ibid.*

Ratione damnorum forum Terr. *v.* Caſtr: Sequantur, 1633. f. 39.

Extraneis Theſaurarii bona recipiant, forum in Tribunali ſub pæna 1000. Marc. 1607. f. 831. 1609. f. 890. 1632. f. 13. & 1646. f. 2.

Caſtra principaliora & Civitates eis non credantur, neque Commenda detur, 1699. f. 16.

Sine Indigenatu ad Collegiatas Eccleſias non admittantur ſub privatione, 1669.

Extraneorum Limites nemo cum Caterva hominum transcendat ſub pæna Criminis Perduellionis, 1613. f. 1.

Extranei in Civitatibus impoſſeſſionati à Mercatura abſtineant, 1562. f. 28. 1565. f. 97. & ſi ſummas pro bonis extra Regnũ de Civit: Cracov: Poſnan. Lvoven. evehere voluerint, decimam Partẽ earundem Civitati relinquant, 1590 f. 589. Ipſi ſoli pro mercimoniis ad Regnum veniant, 1565. f. 91 Boves in Nundinis Vicinioribus poſſunt emere & apud Nobiles, *ibid.* f. 93.

EVICTIO in Criminalibus non currit, Herb: f. 151.

In quæſtionibus hæreditariis cum ex Munimentis apparet Citatum habere ſuum Evictorem *v.* alia in Cauſà cavetur Evictio, ideo præſtari debet, *ibid.*

EVOCATIONIS pæna 14. Marc: & proceſſus Nullitas, 1550. f. 7. & 1565. f. 102. Capitanei Proceſſum ejusmodi ſub refuſione Damnorum non exequentur, eo excepto qui forum ſuſcepit, *ibidem.* pro re Ducat: Maſoviæ.

Extra Provinciam nemo evocetur, Raptûs & Fiſci Cauſis exceptis, ſub Pæna 500. Marc. & proceſſûs ſeu judicati nullitatate, 1627. f. 9. 1638. f. 31. 1677. f. 22. deinde ſub pæna 1000. Marc: excepto recenti Crimine *v.* qui ex poſſeſſione *v.* inſcripta reſponſione conventus fuerit, 1678. f. 8. 1699. f. 69. & ſub pænis perſonalibus, idẽ cenſendum ſi quis ex Officio Conventus fuerit, excepto ſi Officium ex Minori Provincia delinqueret in Majori P. 1726. f. 29.

In Cauſis Terr: & Caſtr. ad Tribunal nemo evocetur ſub pæna evocationis & nullitate proceſſûs, 1652. f 17. 1726. f. 29.

Poſt Curiam pro re ad illud forum non ſpectante nemo evocetur 1557. f. 9. Sub refuſione damnorum, ſeſſione Turris per 12. 7mnas, 1589. f. 539. & pæna 500. Marc. 1598. f. 689. Similiter ad Tribunal in Cauſis Poſt Curialibus, 1726. f. 29.

Ad forum Spirituale in Cauſis ſæcularibus nemo evocetur ſub P. Evocationis, forum Tribunal, 1678. f. 8. Pæna verò ſtatuti erat, 100. Marc: Herb: f. 42. & 1562.

Et prætextuosè ad regeſtrum Tactorũ ſub P. 500. Marc: ad alia verò ſub P. arbitraria, 1726. f. 24. Nemo evocetur.

Et ex Magno D. L. ad Tribunal Regni ſub nullitate Decret. & pæna, 1000. Marc. 1662. f. 12.

EVECTA. Super defraudante Theſaurum ſuper Plebeio pæna 500. Marc: & Amiſſionis Mercium, ſuper Nobili 500. Marc: forum in Tribunal: 1634. f. 13.

EXACTORUM (de quibus Conſt: 1631. f. 34. 1661. f. 13. 1643. f. 12. 1717. f. 56. latæ) Nomen ſublatum, 1717. f. 53.

EXCEPTA Maſoviæ approbata, 1631. f 41. & quo ad Vulnera in Taberna illata Terræ Rozanenſi & Makov: reaſſumuntur, 1635. f. 42.

EXCESSIVI & publicæ Libertatis Violatores per Capitaneos &

eorum Officia, in Terr: verò Pruſſiæ per Palatinos & per injuriatos capiantur, Capitanei & Nobiles dent auxilium capientibus, Civitates inculpatos extradant, & ſi quis Cauſam ob mentum proſequi noluerit, ex tunc Inſtigator Officii, tanquã in publicà injuria agat; cum Capitaneo negligente forum in Caſtro Viciniori, pænalitas ſine Appel: 200. Marc: & ſuper illis patrocinantibus, *v.* eosdem foventibus ſimilis, & ſi circa Captivationem Exceſſivus occiſus fuerit, Caput ejus invindicabile declaratur, 1611. & 1613. f. 9.

Impoſſeſſionati damna inferentes, invaſores, Depredatores, duab9 7mnis ante terminum poſita Citatione in Caſtro ubi Crimen patratum, proteſtatione præcedente ad Tribunal citentur, & etiam extra regeſtrum reſpondeant, Inquiſitio decernatur in 4. 7mnis, & qui Infamis per Decretum decernetur, Capiatur, 1611. f. 6.

Extra Regnum cum Vexillis excurrentes, Damna inferentes, Infames ſint, bonis mobilibus priventur, immobilia confiſcentur, & pro Invindicabilibus Capitibus declarentur, & qui eos foverit, pænæ 500. Marc: ſuberit, forũ in Caſtro, Complex ſit infamis ex inſtantia Inſtigatoris Caſtr: Super verò Officio Caſtr: *J*uſtitiam non adminiſtrãte pæna itidem. 500. Marc: in Tribunali repetenda ſtatuitur, 1624. f. 4. Actus illorum officioſi ſunt nulli, Eo Nomine Declarationes Palatinatuum Poſnan. Caliſſien: Sirad. Cracov: Ter Vielun. propter reprimendam licentiam laudatæ approbantur, *ibid.* Et Jus morandi in Provinciis non habeant, 1624. f. 4. In Palat. verò Podoliæ Laudum eo fine ſancitum approbatur, 1642. f 8.

Reaſſumptio Superiorum Conſt: facta, 1631. f. 35. 1633. f. 41. 1634. f. 11. 1635. f. 12. 1636. f. 48. His Cauſis regeſtrum Militarium præfixum, 1658. f. 19. Reaſsumptum, & forum in Caſtro ſalva Appell: Nobili ad Tribunal: deſignatur, 1659. f. 14. Reaſſumuntur ſuperiora; Idem de his qui auctiones Militum ſine Literis fecerint, 1678. f. 14. Et ſuper Computum Auctiones Militares denegatæ, ſimul & injuriæ ſub pæna Infamiæ & privatione Vocis Activæ & Incapacitatis Honorum,. 1717 f. 63.

EXCOMMUNICATI ad *J*udicium admittuntur, 1562. f. 29.

EXECUTIO DECRETORUM Terreſtrium, Caſtr. Commiſſionum per 2. Nobiles & Miniſteriales duos fiat, & ſi fuerit impugnatum,

tum, ex tunc ſine Remiſſione Cauſæ *Judex* & ſubjudex *v.* Notarius cum duobus Nobilibus poſſeſſionatis & duobus Miniſterialibus Executionem faciet. Proceſſum quoque Caſtr. vel Cauſas à *Judicio* S. R. M. *v.* Commiſſariorum remiſſas Capitaneus, ſeu Judex Caſtr: cum ViceCapitaneo vel Notario Miniſterialibus & Nobilibus executionem facere tenentur in Palat. Vołnyniæ, Kijoviæ & Braclav: 1590. f. 583. In Palat. Vołhyniæ etiam abſente *Judice* per Subjudicem & Notarium fiat Executio. 1613. f. 31.

In Terris Pruſſiæ, mediante proceſſu Terreſtri *Judicium* Terreſtre, cum Caſtrenſi verò Officium Caſtr: cum 2. Miniſterialibus & 2. Nobilibus partem intromittet, & ſi fuerit impugnatum, remittatur ad Tribunal, Decreto verò Tribunalitio Officium aſſignatum Executionem faciat ſub pæna 100. Marc. ad tertiam verò Concitationem ſub Amiſſione Officii, forum Tribunal, Componere parti ratione proceſſûs liberum eſt, & pro male obtento & pro Gaſſanda in ſpatio 6. Menſium agere, 1589. f. 543. Tandem ſancitum ut Palatini Executionem faciant per ſe ſivè Officia Caſtr: his renitentibus & convictis exequantur Officia Extra Provincialià, non Convictis verò Officiis Pruſſiæ, Officium Extra provinciale Executionem faciens pæna 500. Marc: cum nullitate Executionis puniatur, 1678. f. 23.

BONA in re liquida poſt trinam Condemnationem in Contumaciam, in re verò judicata poſt primam proportionaliter principali negotio & proceſſui, cum Jnventario non attentis Impugnationibus tradantur, niſi fuerit Poſſeſſoris jùs prius quàm proceſſus, pro Impugnatione verò manu forti facta pars ex Remiſſione pænis Crumenalibus & Seſſione Turris per 4. 7mnas, ſeu juxta demeritum puniatur, admota verò forti manu in poſt Decretum Executionis ſubſequatur. Remiſſiones verò, Decreta Condeſcenſionis, Traditiones ad Acta proprii Diſtrictus porrigantur, Salv: Conſvet: Palat. Cracov. Kijoviæ, Vołhyniæ, Braclav: & Czerniechoviæ, 1726. f. 43.

Executiones Militares ratione retentorum abuſivæ cum pæna Infamiæ decernenda abrogantur, 1658. f. 29.

EXPEDITIO bellica ad Tuitionem Regni, non ad deſtructionem fiat, 1523. Herb: f. 21.

Con-

Conventus Particulares bellū antecedant, 1495. Herb: f. 21. Cum verò Nobiles ad bellum præparationes fecerint, contribuere non cogantur, 1538. Herb: *ibid,*

Liberi ab expeditione bellica infirmi, ad quorum reviſionem 4. Teſtes Nobiles ex Conventibus per Caſtellanos nominentur, qui debent jurare cum infirmo ſuper vera infirmitate, poſtquam convaluerit ſub Confiſc: Bonor: infirmi, 1520 Herb: f. 22. liberi quoq; & ſenes, viduæ, minorennes, 1621. f. 7. & 13. & 1717. f. 93. Et in Obſequio Reipub. exiſtentes, tum ViceCapitanei judiciales, & in finibus Regni arcibus præſidentes, 1550. Herb, f. 23. excipiuntur.

Armigeri ne damna dent, ſtationes in Campis faciant Herb: f. 28.

Omnes Regni Ordines militent Spirituales & Sæculares, Civitates,

Eccleſiæ Cathedrales, Collegiatæ, Abbates, Præpoſiti Cænobiorū Armigeros expediant, & Plebani faciant ſubſidium ſuo Epiſcopo, Herb: f. 32.

Profectio in bellum citra damnum hominum fiat Herb: f. 35.

Conſtitutio 1590. f. 563. Sublata 1591. f. 618.

EXERCITUS. Rex literas, ſuper Auctiones nè det, & qui his literis mediantibus auctiones fecerit; pro infami declaratur, cum confiſcat. Bonorum, Forum in Comitiis, 1646 f. 6.

Auctiones Militares ſinè conſenſu Ordinum prohibitæ, 1638. f. 7. Sub Pæna Perduellionis & Caput Invindicabile, 1674. f. 19.

Stationes in Bonis Terreſtribus prohibitæ ſub pæna 1000. Marc: Super Poſſeſſionato Rothmagiſtro ſivè Præfecto, etiam mediante conſenſu Ducis Exercitûs id faciente, in Tribunali repetenda cum refuſione damnorum, 1624. f. 2. Et ſi ſinè conſenſu Ducis Exercitûs, id fecerit, pæna ad 2000. Marc: aucta, forum coram Duce Exercitûs & refuſio damnorum, ſuper verò impoſſeſſionato pæna Capitis ſtatuitur, 1678. f. 22.

Et ſi quis pernoctatione vel refectione Bona Nobilium gravare auſus fuerit, pænis Criminalibus ſubjacebit in Tribunali ex Regeſtro Militarium, 1677 f. 5. 1678. f. 22 1683. f. 4. Deinde de Immunitate Bonorum Terr: Conſt: 1652. 1653. 1658 1659. 1661. 1673. 1674. 1678 1683. reaſſumuntur, jam verò 1685. abrogatur. ſuper extorquentibus ſtationes & alias Exactiones pænæ Criminales ſancitæ, 1690. f. 4.

Si

Si quis pro ſtationibus & vectura pecuniam exegerit, pænâ Capitis puniatur, prævia Convictione per Poſſeſſorem vel Famulum Nobilem, 1635. f. 12.

Et qui homines minus neceſſarios in damnum alterius conſervaverit, prævia Inquiſitione pænæ peculatus ſubjacebit in Tribunali, 1635. f. 12.

In progreſſu Exercitûs ubi Cohortes binæ ſtationes habuerunt, & atteſtationes dederunt; à Statione Tertiæ libertas ſub duplici damnorum refuſione in Tribunali ſivè coram Duce Exercitûs. Et ſi id ob non datam Atteſtationem per primas Cohortes, ſeu Earundem Commendantes factum fuerit, ex tunc iidem Commendantes in triplo damna refundant, in foro per injuriatum eligendo, 1620. f. 7. 1652. f. 10. 1658. f. 18. 1676. f. 28. Deinde ultimariè binæ pernoctationes in una villa, exactiones Curruum, aggravationes ſub rigore Articulorum Militarium prohibitæ, 1717. f. 53. Prata conceduntur, ſed per Poſſeſſorem deſignanda, Quietationes Commendã habentes à Poſſeſſoribus accipiant, *ibidem.* f. 59.

Injuriam inferens Rothmagiſter in Caſtro viciniori reſpondeat, de Milite juſtitiam faciat, ſalva evaſione: quia requiſitione & areſto non eſt præventus, poſſeſſionato Citatio in Bonis propriis, impoſſeſſionato in hoſpitio ponenda eſt, & ſi in obſequio Militari exiſtens condemnaretur: ex tunc Caſſata Condemnatione in futuro termino reſpondebit, 1589. f. 527 Forum in Caſtro ſive in Tribunali. Citatio etiã ad manus poteſt dari. 1601. f. 735. Damna per tranſeuntes ſi illata fuerint, Poſſeſſores in eo caſu Regeſtra illorum ad Acta in Caſtro proximiori per ſe vel Adminiſtratores benè poſſeſſionatos in præſentia Officialis jurati porrigant & comprobent. Quo facto ad proportionem damnorum ſtipendia Officiosè apud Poſſeſſores areſtabuntur, Poſſeſſores ſub refuſione de ſuo areſtum ſuſcipiant, ad deciſionem Cauſæ in Foro Caſtr: ſinè dilatione, etiam extra Cadentiã Judiciorum, ſalva appellat. ad Tribunal: in majoribus Cauſis, bona non exequantur ſub pænis Perſonalibus, 1717. f. 59. Judicia verò ſub tempus regularis ſolutionis omninò celebrari debent ſub amiſſione Officii. *ibidem.* In Criminalibus injuriatis libera Fori optio *ibid.* Prioribus verò Conſt: triplex refuſio damnorum in Tribunali, 1652. f.

10.

10. Et ſuper acceptantibus aſſignationes pæna ad 2000. Marc: aucta, amputata dilatione Exemptus ſalva Fori optione. 1659. f. 9.

Duces Exercitûs præter Judicia per ſuum Judicem celebrata ter in Anno Judicia celebrent, 1676. f. 18.

Rothmagiſtri ſint Nobiles & poſſeſſionati, injuriatis de Militibus juſtitiam miniſtrent, vel de proprio ſatisfaciant, ſine dilatione, excepta exercitûs motione, quo in caſu modo primum poſt reditum in 6 Septimanis reſpondebunt, Capitanei de *J*ure victis proceſſum exequantur, relatio in proprio Diſtrictu recognoſcatur 4. Septimanis ante terminũ, Citatio ponenda ibi ubi conſiſtentiam habent, 1591. f. 613.

Cõmilitones ſubſint Rothmagiſtri *J*urisdictioni, omnes verò Ducis Exercitûs *ibidem.*

Senatores & Capitanei Cohortes non habeant, 1591. f. 613.

Confæderationes Exercitûs, etiam Literis Sæ Ræ M. non obſtantibus, ſub pæna *C*apitis & *C*onfiſcatione Bonorum, prohibitæ, 1601 f. 732. 1609. f. 891. Eo in *C*aſu Senatûs *C*onſilium ſubſequatur, & pro hoſtibus Patriæ & Infamibus declarabuntur per S. R. M. etiam non expectatis *C*omitiis reprimantur, Literæ Reſtium extradantur, 1623. f. 4. 1667. 1699. f. 51. 1717.

Immutationes Tariffarum, Reviſiones, Defalcationes, *C*onflagrationes & alii abuſus in alleviationes diſpoſitionis præſentis ſtipendiorum per Palatinatus ſancienda ſub pæna peculatus ex cujusvis Inſtantia abrogantur, 1717. f. 53.

Bona ad delatam inter Retentores indebitè porrecta ſi fuerint; damna in triplo refundantur in *C*aſtro *ibid.* Retentores verò & Executionem non admittentes pænæ peculatus & Infamiæ, privationis vocis paſſivæ & activæ tum inhabilitatis ad omnes honores & Officia ſubſunt. *ibid.*

Vicino pro bonis ſtipendiis retentis oneratis liceat ferre onus, & ea occupare, vel vicino renuente liceat ſtipendiariis, mediante Decreto ſeu *C*onvictione plenaria, & traditione, ſalva exemptione præciſa appellat in Terminis Exemptionum decidendâ apprehendere, ejusmodi verò proceſſus, etiamſi fuerit Capitaneus proceſſu innodatus, per Officium ejus exequatur, vel vacante propria *J*urisdictione vicinus id faciat. *ibid.*

Deſer-

Deſertores Cohortum acceptis videlicet ſtipendiis & factis aggravationibus Cohortem deſerentes reaſſumptis Conſt. 1609. 1611. 1613. 1634. pro infamibus & hoſtibus Patriæ declarantur, & Capita pro invindicabilibus, bona illorum confiſcentur, Capitanei eosdem puniant ſub pæna, 2000. Marc: 1655. f. 14. Et qui ſuſceptis ſervitiis Militaribus per 3. dies circa Cohortem manſerit, per Quatuor Quartuales Servitia obeat ſub iisdem pænis. *ibid.* & 1674. f. 35.

Famuli & Milites Exercitus Authoramenti Extraneorum profugi capiantur, Officialibus Exercitûs vel ad Caſtra tradantur, & non foveantur, ſub pæna 100. Marc. in omni Foro repetenda, 1678 f. 22. & 1683. f. 1.

Ubi Comitia vel Judicia celebrantur, ibi hoc tempore à Conſiſtentiis libertas, 1659. f. 9.

Milites per Officiales Theſauri non depactabuntur, 1662. f. 16.

Deſervita Merces Contingenti ex bonis propriis non compenſabitur. *ibid.*

In Palat; Wołhyniæ, Kijoviæ, Braclavien: & Czerniechoviæ Bona Nobilium Impoſitionibus Militaribus etiam ex Senatûs Coſilio nè graventur ſub pæna 3000. Marc: & triplici refuſione, 1661. f. 31.

Ex Sculteriis ſeu Laneis poſſeſſionatis, 100. flor. quotannis binis rathis pro erectione Peditum exſolvantur. 1726. f. 10. Et ſi quis Laneum ſubtraxerit, Poſſeſſor pænâ 1000. Marc. ex Inſtantia Inſtigatoris puniatur *ibid.* Exercitus extraneus ſi in viſcera Regni intraverit ſine Conſenſu Ordinum, ex tunc elapſis 40. diebus etiam ſinè extraditione Reſtium Expeditio bellica ſubſequatur. Reaſſumuntur Conſt: 1646. 1699. & id pro Crimine læſæ Majeſtatis & perduellionis non cenſebitur, 1736. f. 4.

Judicia quævis ſub tempus expeditionis bellicæ non celebrentur, 1621. f. 17. Minorum ſubſelliorum poſt publicationem Tertiam Reſtium, Tribunalitia verò ante publicationem poſt denuntiationem, 1634. f, 4. Recentia tamen Crimina per Judicem Caſtren: ViceCapitaneum & Tribunum in Caſtro manentes judicentur, 1621. f. 9.

EXPECTATIVÆ abrogantur, 1550. f. 4. 1699. 1717. f. 10.

Expectativæ & ſolida, Jura Patronatus per Spirituales prætenſa caſſantur, Herb. f, 154. & 1613,

EXPULSUS qui fuit ante menſem Poſſeſſor Regalium ſivè Terr: Bonorum, non intrando in Cognitionem Jurium, reinducatur, cum refuſione Damnorum, Seſſione Turris & pænis Crumenalibus, Herb: f. 364. In omni Judicio, & 1699. f. 48. Loco Reinductionis Condeſcenſiones abrogantur, ſed ſi quis prætextuoſis documentis Reinductionem lucraverit, per Inquiſitionem verò reſpectu Violentiarum in termino Reinductionis prætextus fuerit deductus, talis refuſione damnorum, prævio juramento liquidandorum, & pænis perſonalibus duplicatis puniatur, 1726. f. 46. A die Mortis Regiæ ad diem Coronationis, ſi quis alterum expulerit, reſpondeat in Judicio Capturali, 1587. f. 406. In Cauſis expulſionum in termino Reinductionis ſubſequatur Scrutinium, 1588. f. 461.

EXTINCTOR Candelæ in Contentione, ſi videlicet extincta lucerna incerto Authore aliquis vulneratus fuerit, & neſciviſſe Authorem vulneris juraverit, ſatisfaciat pro vulnere extinctor, torquetur hæc lex ad occaſionem facti datam, & qui occasionem damni dederit, 1576. f. 311. & Herb: f. 503.

FABRICATIONES. Poſt manifeſte deductum Crimen fabricationis, Notarius ſive ſuſcipiens fabricans, pænâ Capitis puniatur, pars verò in Cauſa cadit, & pænis arbitrariis ſubjacebit, & qui ſe non expurgaverit, extra Capacitatem omnium Functionum manebit, ſuper verò objiciente & non probante pæna Talionis decernatur, 1726. f. 40.

Alieno nomine falſas recognitiones faciens, pænâ de Invaſione domûs convictus puniatur, Herb: f. 155.

Literas ſuſpectas producēs cū Actis eas conferat, deturq́; ei dilatio dū ſe receperit ad proximos Terminos Terreſtres, & si cum Actis Concordaverint, luat objiciens pænam, & ſi defectus apparuerit, comprobet cum 6. Teſtibus è 18. eligendis, & ſi Acta deſunt, quovis caſu ſublata, producens comprobet mettertius cum poſſeſſionatis, Herb. f. 247.

FACTORES cum frumentis & Mercimoniis ſtruibus navigantes ita Thelonea ſolvant, prout ſolvunt Terreſtri itinere, vel tam iſti quā illi jurent in Cameris, quòd res non ſunt emptæ lucri Gratiâ, ſed proprii laboris, Factores tamen Curruum, Navigiorum, ſtruum, Scapharum

rum, niſi in abſentia Dominorum ad Juramenta admittuntur, Herb. f. 154.

Factoris verò ſemel jurati Literis ex Actis depromptis Credatur Herb. 155.

FAMULUM plebeium utriusque ſexus ſine Literis à primo Domino ſub pœna 14. Marc. In Judicio Terr: repetenda nemo ſuſcipiat, alioquin eundem extradat 1578. f. 334. deinde ſub pœna 100. Marc: forum in Offi: Caſtr: 1596. f. 684. ad inſtantiam etiam Plebeii, 1616. f. 29. In exceptis Maſov: ſimilis pœna & forum cum refuſione damnorum, idem ſuper Civitates extenditur, 1576. f. 314. demum reaſſumuntur Conſt. 1578. & 1596. & pœna aucta ad 200. Marc. ſuper verò famulos pœna Colli 1621. f. 8. hæc eadem pœna ultimariè & forum in omni Judicio, 1678. f. 22. & qui ſervos illiberos alterius retinet & non notificat in proximiori Curia, de eis convictus Testib9, pœnam ſolvere adſtringitur ſtatuto, Herb. f. 398

Famulum Dominus ſi dimittere ab obſequiis noluerit, accipiat Teſtimonium à Judicio Terreſtri v. Caſtr: 1578. f. 334.

Famuli Militum ante bellum 6. Septimanis veniam abeundi petant, & qui ſub expeditione bellica licentiam petierint et receſſerint ſint Infames, 1505. Herb. f. 398. Decem poſtea ſunt conceſſæ hebdomadæ, 1507. Herb. f. 339. & demum famulus qui ante tertiam Reſtium publicationem ſervitia ſuſceperit, ſub pœna Infamiæ et Capitis ſe non alienet, 1621. f. 8. & 1678. f. 22.

Famulus fur detineatur 1588. f. 462. ſine pœnis 1598. f. 705.

In Palat. Kijovien; Braclav. & Volhyniæ forum in Officio Caſtr: perempt: etiam & Civitatibus, ſalva evaſione, alioquin Actor damna comprobet, 1578. f. 337.

Famulus aliquem circa Dominum ſi vulneraverit, Dominus culpandus eſt, ſcilicet Juſtitiam miniſtrabit ſi fuerit areſto præventus, de poſſeſſionatis verò Jus competens dicatur, & ſi famulus violator Domûs fugerit, Dominus jurabit quòd nec ſcitu nec conſenſu & voluntate ejus Crimen commiſſum eſt, & occaſionem fugæ ſervo non dedit, Citatio verò ex praxi vim habet areſti, Herb, f. 206. & 396. & 1532. Herb. f. 397.

Servi furem inſequi nolentes Domino jubente ſint Infames. Idem

de malefactoribus, qui autem fures inſequentibus infamiam objicerent, pænam Infamiæ ſuccumbunt, 1505. Herb. f. 398.

Famulus *v.* Villicus de rebus ablatis à Domino culpatus cum 6. Teſtibus ſe expurget Herb. f. 399.

FOENI demeſſor probet ſe emiſſe Herb. f. 155.

Fœni Currus vi raptus 3. Scothis cum pana XV. & totidem Judicio ſolvatur, Herb. f. 156.

Si quis in alterius fundo, piſcina, aqua fluenti, in fœno, frumentis furtum fecerit, Convictus damnum ſolvat paſſo, Domino verò ejus pænam, depaſcentes verò & incidentes gramina cum falce in Tunica vel Pallio impignorentur, Herb. f. 156.

FERA. Si quis Cervum, Aprum, Onagrum Agitatum, ſive Canes vi vel occultè ceperit, pro ferinis *v.* Canibus 3. Marc. pro pæna, & alias 3. Cujus fera fuit, ſolvat. Herb. f. 156.

FIDEjuſſore negante comprobet Actor, ſi fuerit debitũ 20. Marc: ſolus, Si 40. Met ſecundus, ſi major, met tertius, Herb f. 157.

Fidejuſſor ſui Principalis bovem vel equum obligare non poteſt ſub refuſione damni *ibid.*

Fidejuſſionis verbalis pro rebus & ſummis Annus & 6. 7mnæ præſcriptio, ſed Actis firmatæ habeant robur *ibid.*

Fidejuſſiones ſubditorum in Palat, Plocenſi abrogatæ, 1563. f. 46.

In Ducat. Zatorienſi & Osviecimenſi, Literæ & Cyrographa fidejuſſoria caſſantur. Sed Cyrographa more Regni currere debebunt, 1598 f. 704. Idem in Terra Sochaczevienſi, 1565 f. 105. & in toto Palat. Maſoviæ, 1567. f. 314.

Nullus Nobilis per S. R. M. Sponſione Fidei obſtringatur, Herb. f. 427.

FILIUS vivente Patre proprium non portabit Sigillum niſi Paternum. Herb. f. 399

Parens verò non portabit Iniquitatem filii, nec filius Parentis.

FLUVII propter defluxum Mercium Navigabiles ſint liberi, 1550. f. 6. Utpote Wisła, Dniepr, Stryi, Styr, Narew, Dunaiec, Bug, Wieprz, Tysmienica, San, Brda, Nida, Proſna, Noteć, ex his impedimenta tollantur ſub pæna, 200. Marc. in Tribunali repetenda, 1598. f. 693. Excipiuntur tamen 4. Molendina Kocenſia in fluvio Wieprz *ibid.* Cuilibet

libet fluviorum ad defluitationem valentium evacuatio conceſſa ſine cujusvis impedimento ſub pænis ſupra ſcriptis, 1613. f. 23.

Warta inchoando à Sieradz ſit à Molendinis & Obſtaculis liber, 1557. f. 11.

Commiſſio erat deſignata ad conſtituendum Theloneum cum Ducibus vicinis, & in defectu Concordiæ, depoſitorium Frumenti in Skwierzyna deſignatur, fluvius verò Warta à Poznania debet evacuari ex Summa eo Nomine collecta in Prætorio Poſnan: locata, quæ ſi non ſuffecerit, Palat. Poſnan. & Caliſ: expenſas provideant, ſub pænis in Officio Caſtr. repetendis ſine Appell. 1589. f. 523. deinde à Koło hoc flumen evacuandum eſt 1611. f. 32. & 1613. f. 8. 1616. f. 9. In Caſu Damni refuſio præcuſtoditur, 1578. f. 335.

Similiter Wieprz ſumptu Palat. Bełſenſis et T. Chełmenſis 1567. f. 145. Capitanei Vicini ad id dent ſubditos, 1569. f. 193. Obſtacula reſervantur, dummodo tranſitus ſit commodus, alioquin eadem obſtacula molendina & Aggeres demoliantur ſub pæna 500. Marc. in Officio Caſtr. repetenda, exceptis Molendinis Kocenſibus, ſed hoc temporaneum, 1589. f. 523. Sed in poſt eſt Conſtitutio ſuperior, 1598. generalis.

Bug ab Aggeribus ſit vacuus, forum ubiquinarium & pæna, 200. Marc. 1588. f. 475. & 1589. f. 523. Obſtaculum tamen dictum Regale relinquatur, dummodo tranſitum non impediat, 1601. f. 150.

Fluvius Dzwina per Civitt. Ryſcen. intra biennium ut purgetur ſub Pæna. 1000. Marc. & damnorum refuſione injunctum eſt, forum poſt Curiam, 1607. f. 862.

Notec & Warta juxta Conſt: 1563. f. 45. Navigabiles, ſed Capitaneus Poſſeſſor Mątew defluxum aquæ non impediat ſub privatione Officii, 1567. f. 135.

Fluvius Wisłok à Staromieſcie inchoando navigabilis, ſub pænis, evacuationem nemo impediat, ſub pæna 300. Marc. forum in Officio Caſtr. Premislienſi, & Theloneum conſtitutum ad tempus in Taberna Rrzeſzovienſi, ſine impedimento Hæredis, percipiendum, 1589. f. 524. reaſſumitur, 1631. f. 41.

Super evacuationem fluvii Pilca Palat. Siradienſis conceſſit, 1589 f. 524.

Fluvii

Fluvii Swięta expurgatio qui voluerit conceſſa, 1589. f. 530.

In Fluvio Drwęca Torunenſes Molendinum demolire tenentur ſub pæna 2000. flor: poſt Curiam repetenda, 1611, f. 36.

Ropa navigabilis, 1613. f. 9. Vide Obſtacula,

Fluvii Sluza, Bug. Floryna navigabiles, impedimenta quævis de eis tollantur ſub pæna 1000. Marc: ad cujusvis Inſtan: in Caſtro, Salva Appel. ad Tribunal Lublinenſe, repetenda, 1633. f. 55. Aucta pæna ad 3000. Marc. ſine Appell. 1641. f. 28.

Fluvio Reda in Palat. Pomor. libera defluitatio ſalvo Theloneo Oſtoninenſi Strądowe dicto, aliæ exactiones tolluntur ſub pæna. 200. Marc. Pruthenicarum in Tribunali repetenda, Mercatores verò Oneribus conſvetis ſubſint, 1667. f 27.

Commiſſariis eſt commiſſum ut communicato cum Duce Brandeburgico Conſilio inhærendo Conſt: 1589. 1611. 1616. & Tranſactioni inter Status Palat. Poſnan. & Caliſſien. 1618. in Trzebinie initæ, obſtacula in Fluvio Warta in ſpatio 3. Menſium tollantur ſub pæna 1000. Marc. parti, & Judicio per medium, in Officio Caſtr. Poſnan. luenda ſine Appell. Salvis Privil. Civit. Poſnan. 1638. f. 17. Superiori verò Conſt: Cautum, ut fluvii navigabiles nullo modo impediantur ſub refuſione damni & pæna, 1000. Marc. in Tribunali repetenda, 1631. f. 18. Laudum quoq; Palat. Poſnan. & Caliſſ. ratione Evacuationis Warty approbatur, 1641. f. 40.

Statuto verò eſt proviſum. Wiſſa, Niepr, Narew, Warta, Dunaiec, Wisłoka, Bug, Buki, Wieprz, Tyśmienica, San, Nida, Proſna & alia in Regno ſita cum ſuis alveis Regia ſunt, nec poteſt ea quisquã jurè privato vendicare, & decernuntur debere eſſe libera propter tranſitum, nemo ad ſolutionem Thelonei ratione obſtaculorum poteſt cogi, cum non ſepibus, ſed retibus piſcandum ſit, ubi tamen obſtaculi delectat aliquem utilitas, portas latas faciat ſub Pænis. Evacuatio verò obſtaculorum inchoabitur à bonis regalibus Herb. f. 160. Drwęca, Buda, Notec navigabiles Herb. f. 161. Oſtia in fluviis fiant, per quæ Naves, Trabes, ſtrues, vulgo Trafty libere devehi poſſint & obſtacula non erigantur, Herb. f. 162.

Ad uſum fluviorum qui bona Regalia cum Terr. diſterminant Vicini admittantur, Herb. f. 160.

Ad na-

Ad naturalem limitationem fluvius ſpectandus, ſi hæreditates invicem conveniunt fluvio vel rivo mediante, & non ſunt limites de Jure facti, tunc illa quælibet hæreditas, ſuam teneat ripam, & fluvius ſive rivus pro limite ſit, ſi etiam omiſſo primævo alveo per alia loca ſuum divertit defluxum ſine miniſterio hominis ſed naturali Virtute, nihilominus fluvii primævus alveus verus limes hæreditatum eſto, ibidemquè ambarum hæreditatum homines licitè piſcaturas faciant, ſed ſi rivus per hominis induſtriam averſus eſſet, ut in novum influeret Alveum, tunc ille novus alveus hæreditates limitabit, & dabitur Una ripa uni, & altera alteri hæreditati, & hæreditas in qua remanet antiquus Alveus, integrã habeat proprietatem Alvei & ripæ antiqui fluvii, Herb. f. 163.

Ne graventur Subditi Viciniâ bonorum Regalium per Capitaneos, fluvius utraq; bona determinans permittitur eorundem uſui *ibid.*

FORA. Ulnis in Villis & ubi fora ex Privilegio non ſunt conceſſa, non fiat rerum etiam per talenta venditio, alioquin expoſitæ accipiantur, exceptis frumentis, pecoribus, pecudibus. Navigatores verò publicis ſtratis, loca publica non declinando vandant ſub privatione, Herb: f. 481.

Civitates univerſæ prohibitiones in foris non faciant ſub pæna 3. Marc: forum in Caſtro Herb. f. 159.

In Villis fora non exerceantur per Nobiles, multo magis per *Judæos* ſub confic: Herb: f. *ibidem.*

Pauperes libere ad fora & molendina eant, *ibidem.*

Foralia à Nobilibus & eorum ſubditis à rebus ad victum non exigantur, *ibidem.* Sub pæna 100. Marc: forum in Tribunali, ſalvo uſu & Luſtrationibus, 1613. f. 19. Revenditores verò foralia ſolvant, à rebus verò Mechanicis puta ſcutellis, Rotis, foralia moderata accipiantur, Herb: f. 159.

FORUM. Cives ratione Damnorũ ſub jure Magdeburgenſi coram ſuo Magiſtratu, Magiſtratus verò poſt Curiam reſpondeant. Ratione verò bonorum Terreſtrium jure hæreditario poſſeſſorum, & damnorum ex re illorum bonorum forum *Judicium* Terr: 1611. f. 27.

Cives item qui bona terreſtria poſſident, pro ſubditis, pro adminiſtratione *Juſtitiæ*, ratione Granicierum per Commiſſarios Sipa-

tarum

tarum deſtructionis, ratione occupationis fundi Terreſtris, Cædis, & Sangvinis, excisſionis borrarum & ſylvarum, in Cauſis proprii laboris, et liquidi juris Terreſtris, forum Terreſtre patiantur cum Appellatione ad Tribunal. In Cauſis verò Civilibus mere jurisdictioni Civili ſubjectis, ratione fundorum Civilium in Civitatib9 pro adminiſtranda Juſtitia de Cive, pro ſucceſſionibus, Contractibus, debitis, Comerciis, Exceſſibus per Cives, in Officio Civili cum Appel: reſpondeant, 1633. f. 25. reaſſumptum, 1726. f. 42.

Ratione non ſatisfactionis Legi ſumptuariæ, per advectionem Irritamentorum Luxûs, forum in Civitatibus Regalibus in Prætorio cum Appellatione, Terreſtribus verò in *C*aſtro ſine Appell:. 1635. f. 37. & 1659 f. 15. & 1683. f. 5. & ratione abuſûs Veſtimentorum & *C*lenodiorum, 1655. f. 37. & 1659. f 15. 1683. f. 5.

POSSESSORES Bonorum Regaliũ ratione damnorũ in *J*udicio Terreſtri, ſalva Appel. ad Tribunal, reſpondeant, 1588. f. 439. Similiter & Adminiſtratores Bonorum Menſæ Regalis Nobiles & poſſeſſionati in omni *J*udicio reſpondeant, 1699.

Ratione effidejuſſionis pecorum præſentatorum vel non, forum in *C*aſtro, ratione Damnorum in *J*udicio Terr. 1588. f. 468. *J*dem in except. Maſoviæ, interveniente verò dubietate damnorum, prævia Viſione Actor debet comprobare *v*. illo deſerente *C*itatus evadere, 1576. f. 300.

Ratione violatæ ſecuritatis publicæ, & Pacis, ratione damnorum ſub tempus expeditionis bellicæ illatorum, forũ Tribunal, 1607. f. 838.

Si quis in Spirituali *J*udicio ſponte ſe obtulerit reſpondere, pareat Herb: f. 283.

FRATER natu major fratris minorennis bona nullo modo alienet, niſi id debitorum Paternorum onus exigeret, Venditio verò cum *C*onſilio ſeniorum Domûs eodem motivo ſubſequatur, & ut pretio non excedant onera, parva verò debita ex proventibus ſolvantur, in reliquo ad exdiviſionem ſerventur, Herb. f. 164.

Si diviſus frater in hæreditaria quæſtione contra ſe ſententiam reportaverit, habeat facultatem quæſtionem movendi, & ſi non fuerint diviſi, cum ad diſcretionis Annos pervenerint citentur, & ſi quis *J*us habuerit compareat, vel in *C*ontumaciam ſententia proferatur,

quam

quam volenti innovare ſit interdicta poteſtas, Herb: f. 164.

Fratre Seniore Cauſam perdente, junior taceat. Herb: f. 165.

FRATERNITATES inter Contubernia in Civitatibus & Oppidis ſufferuntur & pæna ſtatuitur, Herb. f. 167. forum coram Palatino pæna aucta ad 100. Marc: negligens Palatinus in judicando, & Capitaneus in exequendo puniãtur, *ibid.* tolluntur videlicet fraternitates præter ordinem & Obſequium Eccleſiaſticum, Herb. f. 166.

FRUGES qui alienas die capit, pro una Caſſula cujuscunque grani pænam Judicio 6 Marc: & damnum paſſo ſiedmnadzieſtą ſolvat, & ſi nocturno tempore, furtum declaratur, Herb. f. 168.

Et ſi familiaris alicujus frumenta Cmethonum de nocte receperit; liceat Domino frumenti ſervis & amicis ea defendere, equos rapientium pro ſe libere tollere, & ſi quem occiderint, ſit sinè pænis, à quo verò exiverint depopulatores, pænam XV. ſolvant, & ſi occiderint *v.* vulneraverint frumenti defenſorem, ſolvant vulnera vel Caput cum prænotatis pænis. Herb. f. 168.

FRUMENTUM extra Regnum advenis venientibus, apud ſubditos noſtros emendi & vendendi data facultas, niſi Regni evidens utilitas aliud ſvaſerit, quod Regiæ moderationi reſervatur, Herb. f. 167.

Bidgoſtiæ ſit libera Nobilibus frumentorum venditio & adductio, ſine Oppidanorum impedimento, Capitaneo coertio conceſsa ſub pæna 14 Marc. Herb. f. 167.

Gedanenſes doceant Privilegio, quòd illis Nobiles cogantur frumenta vendere, quibus juribus nixi liberam cui velint frumenta vendendi facultatem non permittunt, Herb. f. 163.

Frumentum mutuatum intra 4. Annos repetatur, *ibid.*

FUGITIVI areſtentur in Terr. Pruſſiæ more ſtatuto deſcripto, Herb. in fine

FUR, Latro, Incendiarius, Homicida, Raptor Mulierum, Depopulatot Villarum, Prædones & in ſpoliis deprehenſi, & qui de ſe nolunt facere cautionem, detineantur, Herb. f. 172.

Qui in Curia Regia furtum commiſerit, Auris privationi erit ſubjectus, & qui in Curiis Nobiliũ res & minutas ſubtraxerint ſimiliter, *ibid,*

Fures etiamſi Aufugerint, tamen convicti debitum furti ſolvant, Herb. f. 172.

Fur per Vicinos Villanos requiſitos eſt inſequendus ſub refuſione damni. *ibidem.*

Si Nobilis Vir bonæ famæ de furti *v.* latrocinii Crimine accuſatus fuerit, expurget ſe juramento, *Ibidem* & qui ter de furto *v.* ſpolio in judicio convictus fuerit, perpetuo ſit infamis, rem reſtituat, etiamſi probationes furti defuerint, Herb. f. 173.

Nullus Terrigena Capiatur, niſi quis in furto *v.* maleficio deprehenſus fuerit, *ibid.*

De furto *v.* ſpolio culpatorum, & 4. vicibus comperare nolentiũ, bona confiſcentur, *ibid.*

Taliter infamatus tenetur æquali numero Teſtium reprobare objecta, alioquin tanquam fur puniatur, illi verò Beneficium purgationis conceditur, qui niſi ter de furtò *v.* ſcelere notatus fuerit, ſi cum Turba venerit, decernitur honore privari. *ibidem.*

Qui clam *v.* furto ablata non reddiderit, Actor comprobet, Herb. f. 174.

Accusans de furto & accuſatus ſi fuerint unius Parochiæ *v.* Diſtrictus, ex tunc infra Annum ad agendum facultas conceſſa, poſtea inculpatus evadat cum Teſtibus idoneis, quòd ſit in facto objecto innocens, *ibid.* & ſi in una Villa morantur *v.* ſecum Divina audiunt, præſcriptio Unius Anni, & ſi ſunt diſtantes 3. Annorum, *ibid.*

Fures impares reputantur, & Nobilibus in fama non poſſunt adæquari, & qui eos ſervat vel partitur cum illis, ſit infamis & impar Herb. f. 341. & f. 173. Et ſi non convicto indicta fuerit purgatio & in unius teſtis teſtimonio defecerit, propter hoc infamis non habeatur, ſed damnum refundat, Herb. f. 173.

Nobiles Terr. Podlachiæ ſubditos ex Moldavia profugos ratione furti culpatos coram Capitaneo Camenecenſi ſtatuant, de aliis verò rebus in Regno commiſſis juſtitiam miniſtrent, Herb. f. 175. Fures è Regno profugi etiam in gratiam Regiam reſtituti, ſint infames *ibidem.*

FUNDATIONES poſt ſtatutum Alex. factæ nullæ eſſe decernuntur, 1562. f 16.

Fundationes novæ ſine Conſenſu Reipub: factæ caſſantur 1669.

Fundationem faciens tacto pectore in facie pleni Judicii Terre-

ſtris

ſtris recognoſcat circa Reſignationem ſub fide, Honore, & Conſcientia, in hæc verba: Deum teſtor quia talem fundationem facio de nova radice ex bonis propriis, nullam pecuniam pro iisdem accipiens, ſine ullo Condictamine, ſed ex puro zelo, & propria libertate, nihil faciendo in fraudem Conſt: & Legi poſitivæ, quod in Acta circa Reſignationem inſeratur, 1635. f. 7.

GLADIUM vel Cultellum ſtringens coram milite, neminem tamen vulnerans, ſit in gratia militis; & ſi vulneraverit, manus debet ipſi perforari, Herb. f. 175.

In Conventu gverram facientes, Gladios evaginantes, pæna 20. Marc. puniantur, ſi vulneraverint pæna ſtatuti, ſi occiderint pæna Capitis, Inquiſitio coram Capitaneo, Contumax ſit infamis. Hber. f. 176.

Coram Nobili & Capitaneo gladium *v.* Cultellum qui extraxerit & licèt non vulneraverit, ſit in gratia Regali, & ſi coram Archiepiſcopo extraxerit & vulneraverit *v.* non pæna XV. parti puniatur, *ibidem.*

GOLOTA aliàs Obłomek famulus alicujus, vicino ſui Domini ſi injuriam fecerit, Dominus pro eo reſpondeat. Herb. f. 175.

GRANICIERUM in Cauſa non eſt conveniendus Plebanus ſimul cum Hærede, 1607. f. 833.

Granicies ille lucrabit qui meliora ſigna oſtendet, 1576. f. 312. In Except. Maſoviæ. Et ſi ſigna, Documenta, & deductiones ab utrinque defuerint, cedat Citato Actoratus *ibid.* Granicies & ſigna in una Villa ubi non ſunt inter ſortes factæ, poſſunt fieri, ſalva 3. Annorum poſſeſſionis præſcriptione, & si uni ſors minor ſed melior, alteri major ſed deterior ceſſerit, unus quisque circa ſuam poſſeſſionem manet *ibid.* f. 304. Forum in Judicio Terreſtri, niſi dubietas & Cognitio ſubſequatur, & ubi ſortes ſunt indiviſæ, cum de hoc poſſeſſionem actualem probans aliquis citaverit, ex tunc Condeſcenſio Officialium Terreſtrium decernatur, qui meliora ſigna remonſtranti, & pacificam poſſeſſionem Teſtibus probanti, fundum & poſſeſſionem adjudicabunt, diſtingvent, deficientibus verò ſignis, Citato Ductus juxta primam Ductionem adjudicetur, prævio cum Teſtibus juramento *ibid.* f. 312. Et ſi quis pro renovatione Grani-

cierum aliquem citaverit, Scopulos in Citatione exprimendo & eosdem remonſtrando Juramentum obtulerit, & tunc propior adinveniatur, pacificam tamen poſſeſſionem et uſum probet, ſed qui documenta Granicialia habuerit ſemper ſit propior, *ibid.* f. 313.

Inter Palat. Pruſſiæ & Vicinas Terras ratione Granicierum debet Actor Citare ad Campum, ibidemque Succamerarius ex Regno, Judex verò Terr. ſivè Aſſeſſor ex Terris Pruſſiæ condeſcendant, & in ſecundo Termino parti Actoratum adjudicent, Salva Appel. Proſecutio verò Cauſæ in eo Palatinatu ex quo Actor, vel ſi ſint mutui Actoratus, ex tunc in Palatinatu ejusdem Partis ex cujus inſtantia, primitivè Citatio edita eſt, & hoc tantum inter bona Terreſtria. 1601. f. 740

GRANICIES in Palat. Plocenſi Succamerarii renovent, 1590. f. 586.

GRANICIES inter Palat Kijoviæ & D. Mozerſcen. approbantur, 1641. f. 22.

Palat. Ruſſiæ Bełſen: Podoliæ & Vołhyniæ modus Granicierum ſi Incola Palatinatus unius cum Incola alterius dislimitationem affectaverit, ex tunc Officium utriusque Palat Succamerariale, Vexilliferi, Tribuni, per Actorem conducendi, & ſubſcriptis Innoteſcentiis ſub pæna 100. Marc. comparendi, in Tribunali, excepta infirmitate, puniendi, probabiliores deductiones parti habenti comprobationem demandabunt, Salva Appell: ad Tribunal. Decreta Polonis Polonico Idiomate, Vołhynienſibus verò Lingva Nationali extradantur, pars verò in tali Actu plus quam 30. perſonas ſine armis penes ſe non habeat, ſub pæna 500. Marc. in Tribunali repetenda. Cum bonis verò Regalibus Granicies per Commiſſionem decernantur, 1601. f. 738. Ac demum Palat. Ruſſiæ Bełſenſi & Vołhyniæ plures Officiales Terreſtres, ſcilicet Dapiferos, Pocillatores, Subdapiferos, & Theſaurarios, dummodo ex una parte 3. adſint aſſignatos obtinuerunt, & ſi recognita in proprio Diſtrictu Innoteſcentiarum relatione Citatus Commiſſarios non conduxerit etiamſi ſolus comparuerit (infirmitate excepta) ex tunc alterius partis Commiſſarii ad Limitationem procedant, Deficientibus Partibus in probationibus fundum Controverſum per medium exdividant, 1647. f. 26.

GRANICIES inter bona ſola Regalia per Secretarios S. R. M. fiant. 1647. f. 28.

GRÆCÆ Religionis Beneficia, Nobilibus ejusdem Religionis dentur, 1573. f. 209. 1576. f. 294. 1620. f. 20. Non verò uni duo beneficia, Pæna 1000. Marc. forum Comitia ex Inſtantia Nunciorum, 1607. f. 838.

Liberum Exercitiũ Religionis conceſſum 1607. f. 838. & 1618. f. 5. 1641. f. 6.

Interea Uniti à Diſunitis & è contra non perſequantur ſub pæna, 1000: flor: in Tribunali repetenda, tum & ratione appropriationis Bonorum ibidem in Compoſito *Judicio*, 1609. f. 891.

Puncta Pacis inter eosdem Conſervandæ, 1602. ſubſecuta approbantur, & pænæ Conſt: 1609. deſcriptæ reaſſumuntur 1631. f. 11. Reaſſumptum, et Decreta Vim Legis ſapientia non proferantur. 1638. f. 12.

Bona eorundem Spiritualia in Tribunali repetantur. 1588. f. 469.

Cum Interceptore bonorum morte Vladicarum derelinquendorum ad Inſtantiam Capituli forum Tribunal, inter Cauſas Compoſiti Iudicii cujuscunque Palât. Pænalitas præmiſſo Scrutinio, 3000. Marc. & refuſio Taxæ ſub pæna Infamiæ, idem de his qui male bona Spiritualia impetrant; Excipiuntur tamen Cauſæ Granicierum & ſimplicis injuriæ, 1631. f. 50.

In Criminalibus Cauſis forum Comitia, 1641. f. 6, Ratione verò Cerkiew et Bonorum forum *Judicia* Relationum S. R. M. prævia Inquiſitione in Caſtro *v. Judicio* Terreſtri proprio, 1641. f. 6.

Spirituales ejusdem Religionis à præſtandis Obſequiis & Contributionibus per ſuperiores ſuos emungendis liberi pronuntiantur, 1659. f. 57. & à Contributione Pobor dicta Bona libera, 1667. f. 15. & 1678. f. 9. & à Stationibus Militaribus tum & Reſidentiæ ſub pænis de diſciplina Militari, 1678. f. 9.

Nullus Spiritualis & Sæcularis Religionis Græcæ ſub prætextu Religionis *v.* Appellationis Conſtantinopolim ad ſuum Patriarcham extra Limites procedat, & huc ex illa parte nullus accedat ſub pæna Colli & Confiſc: Excepto Regio Conſenſu. Confraternitates *Ju*riſdictionis Vladicarum Loci Ordinariorum ſubjectæ, eorundem etiã Judicio ſubjiciuntur, ſalva appell. ad Judicia Relationum S. R. M. in Cauſis Religionis, 1676. f. 39.

Collatio

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0105-5

Collatio Swięczęnnikow hæredibus, in Regalibus verò Bonis Tenutariis Conceditur, à Laboribus liberi, 1647. f. 19.

Perſonæ ritus Græci verè Unitorum ad obeunda munia Magiſtratus Civitatenſis Capaces eſſe declarantur, 1699. f. 54.

GVARDIÆ ex ſolis Indigenis ad numerum, 1200. Conſtitutæ S. R. M. ſtipendiis in Regno conſervandæ, Generalis ſit Nobilis poſſeſſionatus, coram Officialibus Regni juratus, Jurisdictioni Mareſchalci Regni ſubjacens, 1646. f. 2. In Pact. Conv. Regum id continetur.

GVERRAS Perſonis Extraneis & Intraneis Nemo quacunque ſit laceſſitus offenſa poteſt movere, ſine Conſenſu publico, aliàs damna paſſis refundat, & ſi non ſuffecerit, mulctandus in Corpore eſt Herb: f. 176. Et contra talem conſurgendum eſt qui gverras damnoſas inconſulta Repub. fecerit. Herb, f. 178. Pacta cum Extraneis violans ſit Perduellis! forum in Comitiis prout de Crimine læſæ Majeſt: 1588, f. 456. Super Poſſeſſionatis Pæna de gverris 1590. f. 573. impoſſeſſionati capiantur. 1607. f. 860. Et poſſeſſionati pæna Capitis puniantur, & Confiſc: Bonorum prævio ſcrutinio. Appellatio ad Tribunal à minori ſubſellio reſervatur, *ibid.* Nobilitas moveatur, 1593. f. 9. Limina Regni tranſeuntes Violenti Ut ſupra puniantur, ſupur Inſtigatore negligente Pæna 200. Marc. 1618. f. 2. Non conſerventur ſub Pæna de Gverris, 1578. f. 341.

mum in 4. 7mnis poſt hanc Cadentiam *Judicia* celebrentur, 1589. f. 542. Dresner informat de Cadentiis 1ma Vinnicii in Craſtino Epiphaniæ, 2da in Craſtino SS. Trinitatis, 3tia in Craſtino S. Michaelis. Siquidem Braclavienſia Judicia Terreſtria & Caſtr: ſunt translata Vinnicium juxta Conſt: 1598. f. 705. & 1601. f. 745. Tandem incidentia poſt F. SS. Trinitatis judicentur Braclaviæ in duabus 7mnis poſt F. Sacri Paſchatis, 1690. f. 16.

VLODZIMIRIENSIA celebrabuntur poſt Luceorienſia in 2. 7mnis: Cremenecenſia verò poſt Vlodzimirienſia itidem in 2. 7mnis praxi non obſtante, 1677. f. 10.

BOBROVNICENSIA quærellarum celebrabuntur in *C*uria Regali & Acta ibidem conſerventur, 1589. f. 712. Quærellarum Judicia per Capitaneum judicentur, 1598. f. 712.

LATYCZOVIENSIA Judicia Terr: poſt Camenecenſia in 3. 7mnis judicentur, quærellarum verò Judicia Camenecenſia & Latyczovienſia hoc tempore non celebrentur. Capitaneus Domum aſſignabit, 1641. f. 28.

IN PALAT: RUSSIÆ Leopolienſia f. 4. poſt F. SS. Trium Regum, Alii termini f. 4. poſt f. *S.* Adalberti, Tertii poſt F. *S.* Margarethæ, & ad eundem modum in aliis Diſtrictibus Termini celebrentur, 1543. Herb. f. 78.

Judicia temporibus certis juxta Statutum celebrentur, ad alia tempora non transponantur. Sig: Herb: in fine. Publicata non reclamentur ſub pæna 100. Marc. parti & *Judicio* per medium, *ibid.*

SECURITAS *Judiciorum* & congreſſuum publicorum. *imo.* ad locū Judicii nemo armatus veniat ſub pæna 14. Marc. & ſi quis in *Judicio* temerariò auſu gladium vibraverit, Pænâ 60. Marc: puniatur: ſi vulneraverit aliquem, Collo privetur, incarcerandus detineatur, Herb f. 211. Idem de Comitiis & Comitiolis, Herb: f 212. Anno 1507. Lex verò Anni 1538. de ſecuritate lata hic non expreſſa abrogatur & 1507mi reaſſumuntur, 1539. Herb: f. 213. Inhonorans *Judicium* vel in menſa Judiciorum cubans, pænâ 3. Marc: puniatur, Herb: f. 224.

Invaſor Judiciorum *v.* Violentiarum patrator ſeſſione Turris per 12. 7mnas puniatur, *ibid.*

In Palat: Plocenſi, Maſoviæ, Podlachiæ & Ruſſiæ in Cauſa Viola-

tæ Securitatis *Judiciorum v,* Congreſſuum publicorum Violator, termino tacto Conventus prævia Inquiſitione & Appellatione ſalva puniatur, 1598. f. 708. Reaſſumpta pro parte Palat. Kijoviæ, Braclav: & Volhyniæ hæc Conſtitutio, licèt ad tempus erat ſancita, 1601. f. 745. deinde pro re Palat: Maſoviæ, 1601. f. 757. lata Conſtitutio Sublata eſt. Cautum ut Citatio præcedat terminum 2. omnis in bonis Citati ponenda, Decretum verò antecedat pæna Contumaciæ, 1607. f. 845. Ac demum pro toto Regno ſuperior, 1598. reaſumitur, 1611. f. 3. Alias ea Securitas Minoribus ſubſelliis quæ ex Tribunali cavetur, forum in eodem *Judicio* ubi delictum ex termino tacto Salva Appell: In Palat: verò Cracov: hæc Conſtitutio, 1611. tantum ſuper vagabundos & impoſſeſſionatos Suſcepta eſt, 1616. f. 12 pro Re verò Palat: Posnan: Caliſs. & Ruſſiæ etiam & in ſuburbiis ſub tempus Judiciorum Securitas proviſa & ex termino tacto reſponſio deſignata, 1607. f. 845. Palat: Plocenſis, Sandomirienſis, Terra Dobrinenſis Conſt: 1611. non ſuſcepit, Circa anteriores Leges conſervatur, 1613. f. 22. Ad extremũ Sancitũ: nemo in Tribunali etiam Conſenſu Judicii acccedente, termino tacto conveniatur, niſi in Cauſa perſonalis Injuriæ perſonæ Conjunctionem cum Tribunali habenti Comiſſæ, 1670. f. 20. & *Judiciorum* Capturalium ut Tribun: Cauta, 1674. f. 8. Securitas.

*Judicia* una Septimana ante *Comitiola* jam non celebrentur, 1590. f. 579. non derogando Terminis Terr: Podlachiæ, *ibid.* f. 582.

*Judicia* etiam ſub tempus Comitiorum celebrentur, 1677. f. 11.

*Judicia* ultimæ inſtantiæ per Palatinos, Dignitarios, Officiales Terreſtreſtres & *Caſtr:* ac Deputatos pro una vice fuerant Conſtituta, 1563. f. 31.

Judici in minori ſubſellio propria in Cauſa liceat in locum ſui illius Terræ Nobilem poſſeſſionatum ſubdeligare abſque Juramento, 1557. f. 9.

*Judicium Caſtrenſe* in disjudicationem Cauſarum Terr: ſub pæna Evocationis & nullitate Decretorum non ſe involvat, excepto proceſſu ratione profugorum Palat: Volhyniæ, Podoliæ, Terr: Chalicienſis, Helmenſis, Sanocenſis, Livenſis, et Braclav: 1667. f. 13.

Sub tempus peſtilentiæ Judicia alio in loco celebrentur in Palat: Posnan. & Caliſs, 1661. f. 20.

Cauſæ

Cauſæ juxta regeſtrum Iudicentur non juxta merita perſonarum & Cauſæ majoritatem, Herb. f. 212.

Iudices Terrarum Conſtitutionibus innixi, & ex eisdem eruditione ſumpta in judicando conſervent ſtateram Iuſtitiæ & æquitatis, Herb: f. 215.

Exemptionum Cauſæ Caliſſii circa F. S. Ioannis celebrentur, 1631. f. 43. per ipſummet Iudicem Surrogatum. Sed eſt ſublata hœc Lex, fiat more veteri, 1638. f. 34.

Exemptiones bonorum etiam ſub tempus Comitiorum per Notarium Terreſtrem cum Camerariis judicentur, Herb. f. 153. in poſitione Actorum & Cauſæ profugorum, 1590. f. 579.

IUDICIA Extra granicialia cum Moſchovia conſtituta ex Palatinatibus per duo eligendi Iudices, 1676. f. 19. Modus verò judicandi per Senatûs Conſilium, 1732. die 13. 8bris adinventus in rem Palat. Kijoviæ, Podoliæ & Braclav. approbatur & Commiſſarii deſignati, 1736. f. 104.

IUDICIA Potoczne dicta Varſavienſia adinſtar Cracovienſium per Vicecapitaneum in abſentia S. R. M. judicentur, & in eisdem impoſſeſſionati Nobiles & Plebeii in utraque Varſavia ac in ſuburbiis degentes ex fundo Regali & Terreſtri Salva Appell. Nobili ad Tribunal, ad regeſtrum Tactorum, Plebeio Poſt Curiam, in Cauſis 300. Marcas excedentibus reſpondeant, exceptis poſſeſſionatis Civibus & Cauſis fundi, tum Incolis ſpiritualium & Nobilium coram directo Dominio ad reſpondendum obligatis, ſalvisq; Privilegiis & Conſt. 1611. & 1633. Sancitum, 1658. f. 46.

In Iudiciis Aſſeſſorialibus juxta præſcriptam Legem Henrici ex ſententia præſentium Officialium procedatur, 1736 f. 60.

Relationum Iudicia celebrentur, Notarii eorundem Decreta praxi antiqua ex pluralitate Votorum Senatûs connotabunt. *ibid.*

IUDICIA EXTRAORDINARIA ex 8. de Senatu, et 8. ex Equeſtri Ordine ut fiat Completum in 12. perſonis ad Latus S. R. M. juxta Conſt. 1717. f. 18. contra Crimina ſtatus facientes & Tractatum frangentes conſtituta, denuo ſi quis contra Majeſtatem aliquid moliri voluerit, reaſſumpta, Commiſſarii deſignati, debent eſſe rothâ Anni 1717. circumſcriptâ jurati, circa verò Senatum & Miniſterium

expedi-

expedienda à die reſcripto S. R. M. deſignando inchoanda, 1736 f. 2. Citatio ponenda 4. 7mnis ante terminum & dilatio ad 6. 7mnas concedenda. 1717. f. 22.

Officiales Iudicii Terr. in Conventu eligantur, Herb. f. 209.

Non habeant ſubſtitutos ſub amiſſione Officii, Herb. f. 210.

Pro Cadentia diſparentes ob infirmitatem jurent in ſequenti, Herb. f. 78.

Iudex inquirat an habeant adhuc partes aliqua Documenta, Herb. f. 210.

Iudices Caſtr. & ViceCapitanei poſſeſſionati ſint, 1550. f. 7. & in Podlachia 1569. f. 192. In primis Caſtr. Terminis coram Capitaneo Judices Caſtr. jurent Herb. f. 208. & 1726. in ſuis Terris reſideant, Herb. ibid. f. 208. Amputatis controverſijs ſuperfluis Iudices Iuſtitiam faciant, Herb. f. 209. Judex, Subjudex & Notarius adminus Iudiciis præſideant, Herb. f. 210.

Sententia Iudicis ſi retractata fuerit Honori ejus non noceat. Herb. f. 393. & ſi timore Dei poſtpoſito ſententiaverit, & pars damnata appellaverit, & Iudex vinceretur, pænas receptas rubore ſuffuſus cum pæna XV. adverſario reſtituat, Herb. f. 395.

A qua ſententia non fuerit appellatum tranſit in rem judicatam, Herb. f. 394. Liceat judicio Terreſtri etiam pro Magna ſumma judicare, cum etiam liceat appellare, Herb. f. 214.

Unus ſit Liber Actorum in quolibet Diſtrictu & ſimilia ſimilibus judicentur, Herb. f. 396.

IURAMENTORUM rothæ Iudicum Deputatorum Tribunalis in Menſa Iudicii ſint ſemper, 1726. f. 38.

Nullus Iudæus juret ſuper Rhodale niſi pro magnis Cauſis quæ ſe extendunt ad 500. Marc. Argenti, vel cum ſit ad Regiam præſentiam evocatus, in minoribus Cauſis juret ad oſtium Scholæ, Herb. f. 225. Iurans verò contra Chriſtianum debet converti contra ſolem ſeorſum & ſtare nudipes ſuper unam ſedem, indutus Pallio, aut Chlamyde, & Pileum Iudaicum debet in Capite habere, & ſi lapſus ter fuerit totidem amittit fertones, ſi quarto, reus manet in Cauſa, tunc dicat ei Iuramentum prædicans. Hælia Iudæe ego te moneo per has 3. literas, & ſuper hanc Legem, quam D. dedit Moyſi in tabula

lapidea in monte Sinai, quod liber iſte aut Rhodale hoc verum & juſtum ſit ſuper quod tu Iudæe jurare debes huic Chriſtiano pro tali culpa *v.* Cauſa N. Herb. f. 225.

Iuramenta in Iudicis Poſtcurialibus & in Comitiis adinventa ad proprium Diſtrictum pro præſtandis remittantur, excepto ſi pars illud ſponte præſtare obtulerit, 1557. f. 10. deinde Iuramenta in Comitiis præſtari injuncta, ibidem excipiantur, ſive in proprio Diſtrictu coram pleno Iudicio Terr. & ſub pæna Fiſci non indulgenda, neque per partem protrahenda. 1641. f. 8. & f. 788.

Iuramenta in Cameris Theloneorum per Nobiles vel eorũ Factores præſtari debebunt, 1550. f. 3. & ſecundario non extorquantur ſub pæna 100. Marc. in omni foro repetenda, 1578. f. 333.

Si quis juraverit, quòd in hoc fundo damnum non intulit, & proprietatem fundi non mentionaverit, fundum amittit, 1576. f. 303. In Except. Maſoviæ.

IUMENTUM alicujus indomitum qui occiderit 4. Marc. poledrũ 3. Marc. ictu verò vel plaga læſum Marcis ſemiduabus, & pro poledro 2di Anni 5. Marc. ſolvat, & qui 3. 4. *v.* 5. Anni poledrum occiderit, ſolvatur juxta taxam comprobandam, Herb. f. 226.

Iumenta indomita ſub cuſtodia à vigilia F. S. Adalberti ad F. S. Michàèlis omnes paſcere teneantur ſub ſolutione damnorum cum Marca *ibidem.*

IURE THEUTONICO qui abutebatur amplius eo uti non poterat, Herb. f. 231.

IUS PATRONATUS circa S. R. M. uti directum Dominum manebit, 1641 f. 13. 1647. f. 21. & 1697. f. 25.

Si qui illud Regium ſive Regnicolarum illegitimè impetraverit, bona ei Confiſcentur, Eccleſiaſtica verò areſto innodentur, & ipſe ſit bannitus Herb. f. 232. Beneficia aliter impetrans, pænæ exilii & confiſcationi ſuorum, Parentum & propinquorum ſuorum bonorum ſubjacebit *ibidem.* reaſſumitur 1641. 1674 1697. ſalvis Abbatiis Prathenicis 1699. f. 48. & Duces Exercitûs ad cohibendos Nuntiaturæ abuſus dent ſuppetias, 1726. f. 7.

Ubi Specialis mentio in privilegio *v.* Inſcriptione de jure Patronatus facta non fuerit, juri Regio id reſervatum eſſe cognoſcitur, Herb. f. 232.

LABO-

LABOREM proprium Capitanei, prætextu defenſionis Bonorum Regalium non deſtruant, ſorum Iudicium Terr. 1588. f. 459. ſine dilatione, *ibidem*. f. 481.

LANIONUM Officina ab Eccleſia Patrum Franciſcanorum Conventûs Premisliensis transfertur, 1638. f. 38.

LAUDA particularia Palatinatuum ſub interregno conſervantur, 1632.

Laudum Palat. Cracovien. ſub Interregno, quo Colonellus ſuper 600. Equitum milites conſtitutus, & Incolæ in armis ſe præſentare ſpoponderunt, ſub pænis approbatum, 1632.

Laudum Sredenſe ratione Vagabundorum approbatur, 1633. f. 46. Idem Palat. Breſten. Iunivladislavien. Lancicien. Terris Pruſſiæ, Dobrinen. Goſtinen. Chelmen. approbatur *ibid.*

Laudum Terræ Bielſcen. 1632. Si non eſt Contrarium approbatur, 1633. f. 52.

Lauda Palat. Cracovien. Sandomirien. Kijoviæ, Volhyniæ, Lublin. Belſen. ratione Contributionum Militarium & expeditionis publicæ in ſequelam non trahantur, 1634. f. 11. Et Palat. Posnanien. & Caliſſien. ratione defenſionis domeſticæ *ibid.*

Laudum Cracovien. Palat. quo 800. Equitum contra Paganos cum ſolutione ſtipendii declarantur cum proteſtatione Cleri, *ibid.*

Laudum Palatinatuum Majoris Poloniæ ratione Securitatis à Vicinis, virtute cujus Majoris Poloniæ Generalis ſumpto conſilio cum Palatinis Literas Univerſales extradat, poſt quarum publicationem in una Septimana Incolæ in armis ſe ſiſtant ſub pænis, 1635. f. 30.

Lauda nonnullorum Palatinatuum ſuper exactionem Contributionis Ducillaris approbantur, 1637.

TT. Vielunen. & Dobrinen. ratione Contributionum & ſui præſentationis aliàs okazywania conſtituenda approbantur, 1638. f. 34.

Similiter Palat. Belſen. ſinè detrimento Bonorum Reipubl. & Spiritualium, 1638. f. 40.

Lauda PP. Sancita & Sancienda approbantur, 1640. f. 2. & 3 & 4. & 5.

Laudum Palat. Cracovien. ratione Contributionum & Ducillaris exactionis, *ibidem*.

Similiter Palat. Sandomirien. ratione exactionis Ducillaris &c. approbatur, 1641. f. 21.

Laudum PP. Majoris Poloniæ ratione Bonorum exactorum & purgationis fluvii Warta approbatur, 1641. f. 21.

Laudum Palat. Siradien. & Belſen. ratione Contributionis Ducillaris approbatur, 1641. f. 24. & 29.

Lauda PP: Poſnanien Cracovien. Zatorien. Sandomirien. Iunivladislavien. TT. Dobrinen, Lvoven. & aliarum approbantur, 1642. f. 5. 6. 7 8. 9.

Laudum Terræ Łomzinen ſuper Contributionem pro extruenda Cancellaria approbatur, 1641. f. 31.

Laudum DD. Zatorien. & Osviecimen. contra Deprædatores, non tangendo limites Palat. Cracov. approbatur, 1633. f. 61. & 1641. f. 23.

Laudum Palat. Poſnan. & Caliſſien. ratione Contributionum & Venditionis Villæ Nova Wieś pro redemptione Captivorum fundatæ approbatur, 1654. f. 8.

Laudum Palat. Siradien. Ruſſiæ, Volhyniæ, Podlachiæ, D. Zatorien. T. Vielunen. ſubſequendum approbatur, 1654. f. 8.

Laudi punctum pro ſecuritate Opatowa & aliorum approbatur, 1733. f. 19.

LEGATIONES ad exteros per Nobiles poſſeſſionatos fiant, Inſtructiones in Senatûs Conſilio formatæ in Comitiis legantur, illi verò poſt reditum in Comitiis in ſcripto ad Acta Metrices porrigendo, mediante juramento, quòd nihil ſupra inſtructionem per eos actum eſt, relationem faciant, 1699. f. 11. & 1736. f. 57. Idem de Reſidentiis, 1699.

Legationes ad ſedem Romanam tantum per ſæculares fiant, *ibid.* Conſt: verò, 1726. molificatur, & de prætenſionibus & juribus Reipubl. cum Nuntio Apoſtolico Conferantia aſſignata, 1736. f. 93.

Legationes ab Extraneis juxta Cõſt: 1668. 1674. ita expediri ſolent, tribus Septimanis ante audientiã ſunt in Regno Legati Nuntii, moraturi, & in Spatio 6. Septimanarum expediantur, poſt expeditionem in 3. Septimanis extra regnum ſe ſiſtant, nequè amphùs ſecuritate gaudebunt, de quibus notitia fiat per Mareſchalcum, 1683. f. 6.

In Comitiis tantum ſuſcipiantur, 1699. Exceptis extraordinariis in urgenti neceſſitate, 1736. f. 57. In Pact. Convent. LE-

LEGES nullæ niſi publicentur, Herb. 1505. f. 102. & 1726. f. 48.

LEPORES à Feſto S. Adalberti uſque ad congregationem frugum in bonis alterius abſquè voluntate Domini fundi nemo venari præſumat ſub pæna 3. Marc. Herb. f. 244.

LIBERI ſi inhoneſtè Parentes tractaverint; ad ſimplicem quærellam Turri mancipentur, 1576. f. 300. In except Maſov. Si verò Parens vel Mater Vota mutaverit, & res fuerit ratione Bonorum, ex tunc ſuper quærellam detur Inquiſitio *ibid.* Et qui in Vitam Parentum diſfidaverint, Concuſſerint, pænæ Violationis ſalvi Conductus Regii ſubjacebunt, 1578. f. 340.

LIBERTATIONES perduellibus & à Contributionibus nemini dentur, 1662. f. 2.

Libertas Lapideæ Kicinſkiego Varſaviæ, 1736. f. 106.

Curia Pacow Grodnæ à Jurisdictione Civitatis. 1647. liberatur.

Fundi Collegii Lomzinen. S. J. Zembroviæ, *ibid.* f. 33.

Dominicanorum Varcenſium fundi, in quo antiquitus Eccleſia erat, nunc verò Inquilini commorantur, 1633. f. 48.

Domus Thelonei in Zakrocim Salvo cenſu Eccleſiæ pendendo, 1635. f. 27. & f. 55.

Fundorum Civitatis Premislii & Croſnæ in quibus Eccleſiæ & Conventus exſtructi, nec non Monialium Petricoviæ, *ibid.* f. 29. Et Franciſcanorum in Warka, *ibid.* f. 37. Libertas.

Lapideæ Grygielowſka Cracoviæ, *ibid.* f. 43.

Xenodochii Colenſis, *ibid.* f. 43.

Fundorum Eccleſiæ & Conventuûm PP. Bernardinorum Petricov. & Vidavien. 1641. f. 25.

Et PP. Franciſcanorum Sanocenſium, *ibid.* f. 27.

Lapideæ Premislii pro Archivo Actorum emptæ, *ibidem.* f. 28.

Domus Erchorda Kleynpolta, *ibid.* f. 35.

Domus & Fundi Oſtroviæ Czaplinſkiego, *ibidem.*

Fundorum PP. Bernardinorum Łancicien. & Monialium Domus, *ibidem.*

LITE pendente Côncordiam tentantes à pænis abſolvuntur, Herb. f. 247.

LITERIS per Oblatam porrectis nihil probatur donec originale producatur, Herb. f. 248. & 251.

Lite-

Literas Caſtren: Capitanei vel eorum *Judices*, Terreſtres verò Notarii ſubſcribant, Herb: f. 248. & 278. & 1576. f. 298.

Nobiles per Poſſeſſores Bonorum Regal: ad exhibendas Literas ſuper bona ſua hæreditaria non cogantur, niſi poſſint probare quòd ſunt Regalia, Herb. f. 248.

Non ſecundùm Literas, ſed ſecundùm teſtimonia Senum Limites fiant, ſi Literæ ſunt antiquæ abuſu redactæ, incertæ, & res oculis ex eis non eſt ſubjecta, nihil probant, ſed limitationem in ſe continentes, & confirmatæ tum ſuccamerariales & Judicii Terr: fidem habeant, Herb. f. 249.

Literæ Legi Contrariæ intelliguntur Inhibitiones ad *Judicia*, Judicium ea ſuſcipiens pænale, Herb. f. 190. & 191.

Literæ Moratoriæ Legibus contrariæ nè dentur, 1550. f. 5. Aliàs ſubditis & Famulis contra Dominos, Civibus contra Nobiles & eorum ſubditos, 1588. f. 458. Inter Tenutarios Cives & Cmethones Bonorum Regalium ſecus, *ibid*.

Et ſuper pænas Infamiarum in Tribunali obtentas nè dentur, 1641. f. 12.

LUDUS Taxillorum. Si Filius Parentibus ſuperviventibus & ſanis pecuniam ludo amiſerit; Parentes ad ſolutionem non teneantur. Idem ſi Judæi mutuarent pecuniam, ſic dicitur & de omni *Contractu* cum Filio, Herb. f. 251.

Nullus Terrigena cum alienigenis ludat, Taxillis in Regno ad creditum, tantum pro parata pecunia, nec fidejuſſor hoc in paſſu datur, Herb: f *ibid*.

Si Filius non exdiviſus vel non emancipatus ludendo quid perdiderit, in ejus ſortem computetur: nihilominus ludentibus pro pecuniis Equos & res lucratas vindicandi pateat via, f. 256. Herb.

LUSTRAPIO Bonorum Regaliũ propter Auctionem proventûs, (vel caſibus ſubſecutis) diminutionem, quolibet quinquennio fiat, 1562. f. 22. 1601. f. 731.

Luſtratoribus Conſt: 1563. Reviſoribus ſancitæ approbatur, *ibid*.

Rotha, 1601. f. 728. & 1607. f. 840. Additamentum, 1659. f. 13.

Informatio circumſcribitur. Poſſeſſores Luſtrationem non impugnent ſub amiſſione Tenutarum, forum in Comitiis, 1601. f. 730.

Scribas

Scribas Vladarios & ſubditos ad hunc actum non denegent, 1562. f. 21. 1563. f. 39.

In locum deceſſi Luſtratoris, Rex det alium, Tenutarii eos ſubpeditabunt, ſecuritas proviſa ſub pæna Criminis læſæ Majeſtatis juxta Conſt: 1562. de Reviſoribus. 1601. f. 757.

Reviſioni Molendina & Mineræ ferrariæ Advocatiæ ſtagni non ſubjacent, 1567. f. 137.

Et quia per errorem Bona nonnulla Terreſtria in luſtrationem intrarunt, id ipſis non noceat, *ibid.*

Ex bonis non revisis Quarta non exigatur, 1590. f. 576.

MALLEI adunci vulgo Czekana publicus uſus prohibitus ſub pæna, 200. Marc. parti & Judicio etiam ex termino tacto ex cujusvis inſtantia in omni Judicio decernenda, 1578. 1601. & 1620. f. 20. & ſub Electione 1632. f. 2. 1648. f. 2. & 1669. f. 2.

MANDATA in Crimine læſæ Majeſt. & perduellionis niſi ex Senatus Conſilii deciſione dentur, 1669. f. 7. 1670. f. 15.

Si quis contra Decreta Tribun: eadem procuraverit, Pænæ evocationis Poſt Criam ſubjacebit, 1633. f. 35. & 1667. f. 12. Super obtinente pæna 2000. Marc. ex regeſtro Fiſci in Tribunali repetenda ſtatuitur, 1669.

Mandata pro Comitiis Coronationis ſub tit: Regio, Sigillo verò Terreſtri dentur, 1648. f. 8.

Sine certo Delatore Nobilibus ne dentur, 1598. f. 698. Litvanica.

Relatio Mandati in Comitiolis præſentetur & per Mareſchalcum connotetur, pro ſufferendo verò proceſſu ſit cum approbatione, 1667. f. 12.

MARESCHALCUS Regni Senatoriam Dignitatem inſimul poſſidere non valet, 1565. f. 84. Idem de Mareſchalco Curiæ R. intelligatur. Per ſuos Curienſes bonum ordinem & Securitatem provideant, Curialibus verò ſecuritas cauta ſub Pæna Coll. 1573. f. 211. Ea Securitas quæ Judicib9 1635. Hoſpitia pro termino Electionis aſſignent, 1632 f. 13. Eorundem fusæ Obligationes, Herb: f. 252. & 1674. f. 21. Articuli Confed: per Mareſchalcos cum Deputatis promulgabuntur, & juxta eorum tenorem exceſſivos judicent Confæd: cavetur Judices & Notarii eorum ſint jurati, 1678. Articuli verò Judiciorum approbantur, de Anno 1678.

Gvardia Regia ſubſit *Jurisdictioni* Mareſchalci, & ſi Juſtitia per Officiales ejuſdem adminiſtrata injuriatis non fuerit fiat per Mareſchalcum. 1717. f. 9.

MARESCHALCUS Tribunalis ejusdem Cognominis non eligatur niſi elapſis 4. Annis 1726. f. 21. & per vota ſecreta ab utroque Collegio eligatur, *ibid.* f. 26. in Abſentia ejus primus Deputatus ſuppleat Vices ex Turno Provinciæ. ViceMareſchalci Electio ſublata, *ibid.* Recapitulationes Cauſarum abrogantur, ſed ſententiæ ad trinam poſtulationem Deputati caventur.

In Sententiis omiſſæ Cathegoriæ *v.* ſcrupuli ad requiſitionem Notarii Terr: reſolvantur, *ibid.* f. 24. Nec Mareſchalcus Lublinenſis, nec Deputati ac Miniſtri ſtatûs & Belli ſub Cadentia Electionis Mareſchalci Petricov: & Radomienſis ſint præſentes. *ibid.*

Alternatim eligantur ex Provinciis, 1676. f. 33 & 1699. f. 48. & ex Turno ſui Palatinatus Sententiam Mareſchalcus proferat, 1726. f. 13.

MATERNALIA bona Matre moriente filii non petant à Patre etiamſi ad ſecundas Nuptias convolaverit, ſi non fuerit Bonorum diſſipator, ſed portionem quam ratione dotis tulit ipſis aſſignet, Herb. f. 254. Quodſi verò contigerit Patrem cum 2da Uxore filios non habere tantum filias, cum prima verò filios, ex tunc eo mortuo pars 2dæ Uxoris minime filios ſpectabit, qui filias maritabunt, & dotem de bonis Paternis aſſignabunt, Herb. f. 254.

MEMBRANÆ in P. Volhyniæ abrogantur, ante Conſt: datæ ad Acta Terr: *v.* Caſtr: ante Annum & 6. 7manas ſub Nullitate in proprio Diſtrictu porrigantur, in poſt inſcriptiones ſcriptæ, ſubſcriptæ, obſigillatæ ad Acta porrigantur, & perſonaliter recognoſcantur, 1620. f. 15 Vide Inſcriptiones.

MENDICI ſub certo numero habeantur, quibus in Civitt. & Oppidis Conſulatus, in villis verò Plebani & locorum Domini ſigna imponant, & ſub his mendicent, reliqui absque ſignis decernuntur ad ſervitia Capiendi *v.* in manus Capitaneorum tradendi, valeant tamen Domini quos emeritos & ad nulla Officia valentes cognoverint, ad peregrinandum concedere, & præviis Teſtimonialibus Literis admittantur Eleemoſynas petituri, Herb. f. 255.

Reaſſumuntur Superiora, & pœna ſuper Officia Caſtr: & Magiſtra-

tus

tus ſtatutum hoc non exequentes, 100. Marc. interpoſita, 2562. f. 28. & 1588. f. 489.

MERCATORES plumbum, Arma, Eſculenta & Poculenta ad Bohemiam ducere non præſumant, Herb. f. 177.

Si Pannos vel alias res Terrigenæ conceſſerint ſine Literis, probent id Teſtibus, vel negans juramento abſolvatur, Herb. f. 273.

Circumſcriptis viis vadant, ab Emporiis non declinent. 1565. f. 22. & f. 91. Reaſſumitur, 1566. f. 126. & ibi ubi Emporia & in Nundinis tantum merces vendant, boves verò in Nundinis circa fines Regni *ibidem.* & ut non declinent ab Emporiis reaſſumitur Lex, 1609. f. 900. & 1671. f. 34. & viis conſvetis vadant, *ibid.* & 1649. f. 2. & 1661. f. 34.

Frumenta, boves, Equos, Merces, extra Regnum non evehant ſub Confiſcatione, & ſub pæna 100. Marc in Officio Caſtr: ſine appell: decernenda, 1621. f. 19. Sancitum pro parte Palat: Major. Poloniæ.

De Mercatoribus Capitanei & Tenutarii Bonor: jure hoſpitali Jus dicant, 1565. f. 94.

Mercatori ſi quis aliquid in Civitate violenter interceperit, reſtituatur cum pæna 3. Marc: hoc ad tempus, 1578. f. 335.

Si quis à Terrigena *v.* Incola Theloneum injuſte, vel aliam rem violenter acceperit, reſtituat cum pæna de injuſte Theloneo exacto ſancita in omni foro, ſcilicet rei reſtitutio cum pæna 100. Marc. 1589 f. 521. de obſeſſoribus verò viarum Capitanei Executionem faciant, 1609. f. 904.

A Tractu Wołoſki Gościniec in T. Halicienſi non declinent ſub Confiſcatione, 1654. f. 18.

Mercatores Extranei jure Regni Civitatum non gaudentes. mercaturâ non utantur, poſſeſſionati verò bona extra regnum non evehant, ſtatutum reaſſumitur, 1562. f. 28. 1565. f. 97. forum in Officio Caſtr: 1678. f. 7.

Gedanum tantummodo frumenta, Cineres, & res ad victum Nobilium aquâ, Merces quoque, & Boves Terrâ conſvetis viis ducantur, 1566. f. 126.

Extranei niſi Caliſſii, Vielunii, Czechoviæ, Miedzirzyccii, Baranoviæ, Kobilinii, Kozminii, Ponieccii, Zbąſzenii, Czarkoviæ, Osviecimii,

mii, Będzinii, Krzepiccii, Boves & pecora emant, apud verò Nobiles juxta Conſt: 1550. ſine Theloneo in propriis bonis etiam liberè emant, Nobiles verò libere extra Regnum eadem pellant ſine Theloneo, 1566. f. 126.

Liceat unicuiquè ſubdito Regnicolæ mercaturâ uti ſinè impedimento ſub pæna peculatûs, 1567. f. 131.

Mercatores Cracovien: Poſnanien: Lvoven: Vilnen: extra Regnū ſe cum bonis transportantes, decimam partē bonorum ſuorū Civitati relinquant, 1590. f. 589.

MINISTERIA ſtatûs & belli niſi in Comitiis conferantur. 1717. Demum Miniſteria belli etiam extra Comitia conferantur, 1736. f. 5. Et ſint jurati, 1669. f. 14. eorundem Poſſeſſores.

MINORENNES cum Annos diſcretionis attigerint, pro injuriis ſibi illatis non obſtante præſcriptione agant; & ſi non egerint, præſcribunt, Herb. f. 261.

Non obſtante Minorennitate in Cauſis Exemptionis Bonorum Parenti Obligatorum, & ſi quis pro Patre eorum fidejuſſit, & illó vivente ad Judicium hoc Nomine tractus fuerat, & cum Pater ipſorum pro aliqua re vel hœreditate jure impetitus fuerat, & hi ad paratam Cauſam adcitantur, reſpondere debent, Herb. *ibid.*

Et pro Evictione Bonorum per Parentem reſignatorum vel obligatorum, Herb. f. 262.

Et ſi ante debitam ætatem ad Judicium vocati fuerint, ſuper hæreditaria quæſtione vel alia re, ex tunc lis ad illorum ætatem præſcriptione non obſtante ſuſpendatur. *ibidem.*

Licèt verò ſtatutum eſt, ut maſculus ante decimum quintum, fæmella ante 12. Annum ad reſponſionem non ſtringantur cum tamen opprimebantur, conceſſum eſt, ut Parens liberis & Uxori ſi affectaverit, poſſit conſtituere Tutores ad Annos præallegatos, quos nequè proximiores poterint removere. Herb. *ibid.* & f. 268.

Minorennibus Cohæredibus in Cauſa Limitum ad Annos diſcretionis nō datur dilatio, cum ipſis ſi voluerint contra limites agere, Actio reſervabitur, Herb. 261. *Vide Dilatio.*

MINISTERIALES ad obeunda Officia admittantur ſub pæna 100. Marc. 1576. f. 291. In caſu falſæ relationis prævia Convictione, 6. Te-

ſtibus

ſtibus in *Judicio* Terr. ſive Caſtren: puniantur, & abjudicentur, *ibid.* f. 302. In Except. Maſoviæ. Et ſi in functione circa Camerarium vel Nobiles fuerit, falſitas ei non objiciatur, ſuper verò objicientibus & non probantibus pæna 10. Sexagenarum, *ibid.* Cauteriſetur. 1726.

Miniſterialem in Officioſa functione exiſtentem ſi quis occiderit, vel vulneraverit; puniatur ſicut *Judiciorum* Securitatis Violator juxta ſtatutum, 1578 f. 335. Et in TT. Pruſſiæ ſimiliter: 1584. f. 515. In Ducatu verò Maſoviæ ſolvantur eidem vulnera in duplo, prout Nobilium cum pæna 60. Marc: Caput verò prout Nobilis in duplo cum pæna Seſſionis Turris per Annum & 6. Septimanas in fundo, 1576. f, 302. Et ſi non in Officio occiſus vel vulneratus fuerit; ex tunc qua pro privato agatur, *ibid.* tandem Pænæ Perſonales & Arbitrariæ 1726.

In Volhynia Miniſterialis ſine additione poteſt Officio fungi, *ibid.* f. 293 & 1578. f. 338.

Recognitiones Miniſterialium libris inſcribantur, Herb. f. 257.

Ex quibuscunque Actis valeat eorum Relatio Authenticè deprompta, Herb: f 260.

Miniſterialis adſit Judicio, Herb: f. 258.

Citatio ponenda eſt in Curia vel apud Vladarium Cmethonem ſeu hortulanum ſed publicetur in Curia & ubi non fuerit coram Villanis, Herb: f. 260.

Nemo reſpondere tenetur niſi viſo Miniſteriali, *ibid.*

Si Actor aliquid teſtificare coram Miniſteriali voluerit, tunc & duos Nobiles cum illo habeat, Herb: f. 261.

Miniſteriales ſint jurati, Herb: f. 268.

MODII in Civitatibus ſint juſti, & ſinè ſolutione ad Menſurationem dentur, æquè verò menſurandum eſt, 1550. f. 7.

In Palat. Ruſſiæ & Maſoviæ in quavis Terra ſint æquales, 1563. f. 95. 1588. f. 489 de eodem ſpecialiter Palat. Cracov: 1598. f. 707. & Palat. Sandomirienſi, 1611. f. 37. Idem denuo de Palat. Maſoviæ & Cracov. 1613. f. 18.

In Palat. Cujaviæ, Lancicienſi, & Plocenſi data eſt poteſtas Officio Palatinali puniendi Civitates ratione Modiorum adauctionis & non æquè menſurationis, 1601. f. 752.

In Terra Łomzinenſi modius primæ Civitatis æqualis per Terram

ſit & ſub Præterio exiſtat, requirentibus ſine ſolutione juxta Conſt: 1550. & 1565. idque ſub pæna 100. Marc. in Tribunali repetenda detur, 1631. f. 42.

Et ultimariè ſancitum, ut per totum Regnum ad inſtar Menſuræ primæ majoriſque Palatinatus proprii Civitatis ſint æquales, & non aliis menſurandum eſt ſub pæna 14. Marc ſuper verò Contravenientibus Civitatibus pæna 100. Marc: in Officio Caſtr: repetenda ſtatuitur, 1633. f. 38.

Modius verò Terr: Zakrocimenſis, Ciechanov. Nuren. cum modio Varſavienſi coæquatur per Officium Palatinale emenſurandus, 1635. f. 44.

MOLENDINUM Mątevſcenſe ne per elevationem Aquæ bonis terreſtribus noceat, Capitaneo Junivlad. injunctum eſt, & Decretũ Lublinenſe approbatur, 1567. f. 135.

Molendinatores, ſculteti, Advocati, Molendina, ſcultetias & Advocatias ſine Conſenſu Dominorum fundi non alienent ſub amiſſione ſummæ in bonis Terr. & Regal; petentibus verò Conſenſus Regius detur, Herb: f. 263. & f. 408.

Molendinator multorum Dominorum juſtificet ſe cui injuriam fecerit, Herb. f. 263.

In Molendinum & Tabernam non eſt danda Intromiſſio niſi aliæ poſſeſſiones defuerint, Herb. f. 264.

MONETA Sine Conſenſu Ordinum ne cudatur, Herb. f. 266. Neque in Civitatibus, 1601. f. 742. Extraneorum non ſuſcipiatur, neque currens de Regno evehatur, 1620. f. 11. Civitas Gedanenſis & Elbinen. obligantur, 1588. f. 471. & 1620. f. 11. & 1623. f. 6.

In Regno & M. D. L. ſit uniformis, 1564. f. 54. & 1569. f. 175. & 1717. f. 21. Valor monetæ. Primo Aureus 32. groſſos non excedebat, 1505. Herb. demum groſſos, 50. Imperialis, 36. A. 1598. f. 688. in poſt Aureus 70. groſs: Imperialis 40. 1611. f. 15. Item Aureus flor. 4. Imperialis 2. groſſos 15. in poſt Aure9 flor: 12. Imperialis fl: 6. Lewkowy flor: 5. 1670. 1676. f. 19. 1677. f. 9. & 1678. f. 9. & 1683. f. 10. Sed ultimariè Aureus ad flor: 18. Imperialis ad flor: 8. Tynf. ad groſs: 38. ad futura Comitia reducuntur, 1717. f. 63.

Denarii 18. efficiunt groſſum, 1629.

Palati-

Palatini cum Capitaneis monetam efferri prohibeant, 1550. Herb: f. 266.

MONETÆ falſæ author etiam per Plebeium Theſauro delatus ad Inſtantiam Inſtigatoris prævia Inquiſitione in Officio Caſtr: puniatur vel juxta ſtatutum, f. 269. evadat, meretur Cauſa regeſtrum fiſci, 1607. f. 839. Pæna Infamiæ & Confiſcatio bonorum decernatur, 1611. f. 12.

Proventus cudendæ monetæ per S. Sigis. 3. perpetuo Reipub. ceſſit, 1632. f. 2.

MONETA braccata per totum Regnum, videlicet Anno 1451. Herb: f. 266. pro medio lato groſſo 9. denarii recipiebantur.

Curſus ſeu valor latorum groſsorum præjudicatis variis reducitur, etiam de hoc Zalaſzowſki Tomo 2do f. 670. legatur.

Vergeldus efficit flor. 20. Łochocki. f 200.

Si Civitates Pruſſiæ monetam juxta Privilegia cudere voluerint, vera illi ſigna imprimant, Regio non utantur, 1539. Herb. f 271.

Moneta Svidnicenſis proſcripta, 1527. Herb. f. 268.

Contributiones communi moneta ſolvantur, Herb. f. 272.

MONIALES perpetui Clauſtri per totum Regnum in omni Judicio per poſseſſionatum Nobilem, etiam in perſonalibus Actionibus comparere poſſunt, 1685 & 1690. f. 21.

Moniales Ordinem regularem profeſsæ licèt mundo & bonis renuntiaverint, ſuccedere quidem poſſunt, in bona Paterna & Materna, alienare tamen illa à Conſangvineis & propinquis nullo modo valeant, ſed eadem proximiores ſeu Agnati tenebunt, & ex illis medietatem omnium proventuum pecuniariorum vita earum durante ſolvere debebunt, reliquum pro ſe retineant, & ſi bona nullos habuerint proventus, niſi Prædia, ex tunc loci Ordinarius vel ejus Vicarius cum Capitaneo loci obventiones taxabunt, cujus ſummæ medietatem Poſſeſſores ſolvere debebunt, renitentes verò moniti Literis Loci Ordinarii, & excomunicati tribus Menſibus ſi Cenſuras Eccleſiæ ſuſtinuerint, habebunt facultatem Moniales alteri Conſangvineo *v.* extraneo bona locandi *v.* Arendandi, poſt quarum mortem ad proximiores devolvantur, 1527. Herb, f. 264.

NOBILITATIONEM obtinentes Officia & Beneficia ad 3. progeniem non obtinebunt, 1699. f. 12. & 1736. No-

Nobilis poſſeſſionatus tacto termino non conveniatur, neque capiatur niſi jure victus, 1540. Herb. & 1550. f. 4.

Nobilitate ſe minimè defendant, qui Offi ia ſtatui huic non congrua tractant, 1550. f. 6.

Nobiles poſſunt habere domos in Civitatibus, Herb. f. 275. & 1550. f. 6. Sed vagabundos, Revenditores, & Artifices his in domibus non protegant, 1611. f. 27. & qui bona Civitatis poſſident, ſubſunt etiam Civitatis Oneribus, *ibidem*,

Non exiſtens ſed ſe Aſſerens Nobilem, ſi occiſus fuerit, Caput invindicabile, & qui pro homicidio qua Nobilis agit, ſubeſt pænæ, 120. Marc: & Seſſioni Turris per Annum & 6. 7mnas. Idem de vulneribus, 1557. f. 10.

Nobilibus in bonis hæreditariis omnes utilitates, Metella, ſal, cedunt, 1576. f. 255.

Nobilitatio niſi ad recommendationẽ Ducum Exercitûs & Nuntiorum Terreſtrium in Comitiis ſubſequatur, & inter Conſtitutiones connotetur: ſecus qui obtinuerunt reproducant in proximis Comitiis, 1601. f. 736. & 1613. f. 8. & 1616 f. 8. 1676. f. 24. in Lithv.

Nobilis Nobilem in carcerans ſubeſt pænæ 120. Marc & Seſſioni Turricæ in fundo per Annum, & in triplo quamdiu ſibi parem incarceravit, ſub pæna Infamiæ, & refuſio damnorum fiat, forum in *J*udicio Terreſtri, excepto fure famulo, 1588. f. 463. Idem de Capitaneo ſub prætextu Officii id attentante, excepto *J*ure victo & recenti Crimine, *ibid.* pro eliberatione ad cujusvis inſtantiam forum in Caſtro perempt. ſine appell: *ibid.* hæc lex ligat & Palat: Kijoviæ, Volhyniæ & Braclav: 1601. f. 736.

Reaſumitur Conſt: 1588. Anno 1598 f. 705. Conſtitutio verò, 1590. f. 571. abrogatur, 1591. f. 618.

Incarceratus ad Tribunal adductus inſtantaneè per 2. Deputatos indagabitur, utrum in recenti Crimine deprehenſus incarceratꝰ. *v.* Criminali proceſſu convictus Infamis, & ſine dilatione judicetur, indebite verò incarceratus dimittatur, incarcerans verò pænis Conſt: 1588. Circumſcriptis ſuberit, pro plebeia verò perſona arbitrariis, 1726. f. 41.

Nobilem ſe aſſerens cum non ſit, bona ejus fisco ſubjacent in Tri-

bunali

bunali, cum impoſſeſſionato verò forum in Caſtro, pæna Seſſionis Turris per dimidium Anni, 1589. f. 517.

Nobilis Nobili ſi diffidaverit, damna prævio juramento ſolvat cum pæna 100. Marc. 1633. f. 41.

Nobilem plebeius occidens, vel mutilans ſine occaſione, Capite plectatur; & ſi Nobilis occaſionem dederit, ex tunc tantũ puniatur juxta ſtatuta, accuſans verò Nobilis plebeium, probet id ſuo & duorũ Teſtium genere ſibi ſimilium juramento, quòd non ex data per ſe occaſione vulneratus eſt; hoc ad 3. Annos ſtatutum, 1532. Herb: f. 502.

Si quis lingvam ſuam non refrænans Nobilis Nobili improperaverit aſſerens eum eſſe filium Meretricis & ſtatim non revocaverit ea quæ dixit, neque in poſt objecta probaverit ſolvat pænam 60. Marc: veluti ipſum occidiſſet. Idem ſi Matrem alicujus Meretricem nominaverit & non probaverit, & revocando debet dicere: id quod ſum locutus, mentitus ſum ſicut Canis. Caſim: 1368. Herb: f. 274. Et ſi vituperoſa Verba dixerit, quòd ſit ei impar, negans juret. *Jagiello*, 1423. Herb. f. 275.

Nobiles Palat: Braclav: & eorum ſubditi non cogantur ad venditionem mellis Judæis, 1569. f. 1. 0.

Nobilitationem ſubditus nullatenus obtinere poteſt ſine Conſenſu Domini hæreditarii ſub nullitate Nobilitationis, 1601. f. 736.

Abuſus Nobilitatis de nonnullis, 1690. f. 9. ſublatus & aliis Conſt:

Nobilem criminaliter incuſatum Officium Caſtr: ſub pæna, 100. Marc: ad Carceres ſuſcipiat cum Cuſtodia partis inſtigantis, & *Juſtitiam* de eo miniſtrabit ſalva appell. 1611. f. 3.

Nobilis impoſſeſſionatus etiam in Civili Cauſa lite pendente Cautorem non habens poteſt incarcerari, ſeu potiùs detineri, *ibid.*

Si quis Genealogiam Domus ſuæ ab Avo prævia manifeſtatione de Combuſtione per Hoſtes Patriæ Actorum, probare voluerit, porrigat eam prævia manifeſtatione in proprio Diſtrictu in decurſu 3. Annorum, & ſi falſam porrexerit involando in prærogativam ſtatûs Nobilitaris, liceat Cuique in decurſu 6. Annorum & totidem Menſium proteſtari, quo facto deducenda eſt per inquiſitionem præmiſſa procedentia, & ſtatuendi ſunt duo de Paterna & duo de Materna Linea Conſangvinei, qui in Comitiolis facto Teſtimonio in Tribunali cum

ſuo

ſuo Principali realitatem Genealogiæ comprobabunt, & ſi per 6. Annos & totidem Menſes hæc Genealogia ad Acta porrecta quæſtionata nō fuerit, ex tunc robur habeat, ſed tamen poſt Manifeſtationē cum Teſtibus quibus ſupra in Comitiolis per Offerentem ſive ejus ſucceſſorem comprobetur in Tribunali. Similiter de aliis Palatinatibus Advenæ ad proximum Diſtrictum ex quo deductionē facere tenebantur comparentes faciant, 1658. f. 24

Novæ Civitatum & Villarum erectiones per ſuſpectas de Nobilitate perſonas ſub proprio Nomine ubi factæ fuerint Capitanei Cancellariæ Regni notificent, quo facto Expeditio non extradatur, 1717. f. 10.

NUNTIUS Terreſtris in Comitiis, Nobilis verò in Comitiolis Integritatem Legum requirat 1609. f. 887.

Dignitarios negligentes deferant, 1565. f. 84.

In Nuntium habens Cauſam in Comitiis, ſi eidem Citatio fuerit poſita & Contradictio facta, non eligatur, 1601. f. 756.

Nuntius & *Judex* Deputatus inſimul eſſe non poteſt, 1616. f. 3.

Nuntii Palat. Kijoviæ & T. Mielnicenſis pluralitate Votorum per poſſeſſionatos eligantur, 1613. f. 13. & in TT. Pruſſiæ, excepto Palat. Culmenſi *ibid.* f. 23. & Siradienſi, Cracov. Terr. Vielunenſi, Helmen. 1611. f. 11. & Palat, Podlachiæ: ſimiliter & Deputati, 1631. f. 34.

Nuntii ex reatu ſub Comitiis coram Collegio Nuntiorum reſpondeant, 1649. f. 12.

Nuntiis Palat: Braclav. medietas Exactionis Lanæalis deſignata: forum in Officio Caſtr: ſine Appell. hæc dividatur per Judicium Terreſtre, Nuntius autem participans hanc penſionem, & excepta infirmitate ſe in Comitiis non ſiſtens, in duplo ad reſtitutionem in Officio Caſtr: *v. Judicio* Terreſtri ſtringatur ſine appell. 1633. f. 50.

Ex Ducatu Zatorien. & Osviecimenſi juxta Conſt: 1564. ex Theſauro Regni ſunt Nuntii penſionarii, 1736. f. 108.

Pro Convocatione in eodem Numero prout pro Comitiis Nuntii eligantur, 1674. f. 29.

Nuntii Comitiorum debent reddere rationem negotiorum Comitialium in Comitiolis Electionis Deputatorum, 1589 f. 518. Idem pro parte Terræ Helmenſis & Halicienſis 1611 f. 25. Sed poſt hac effectuatis Comitiis deſignantur Comitiola Relationum.

NUNTII ab Extraneis vide Legationes.

NOTA-

NOTARII TERRESTRES per ſe judicent ſub amiſſione Offici ſalvo legali impedimento, 1550. Herb. f. 179. & in Volumine, 1550. f. 5.

Circa poſitionem Actorum ſint præſentes, Herb. f. 277.

Vicenotarios habeant ut eos adjuvent, Herb. f. 278.

Cauſas non procurent, Herb. f. 279. & 1550. f. 7.

Spirituales in Notarios non eligantur Herb. 277. & 1550. 7.

Sub tempus generalis expeditionis Notarius Terr: per ſe vel in Caſu Infirmitatis per Juratum deputatum Decreta connotabit ſub pæna B. exequenda, 1621. f. 4.

Non recedendo à loco Acta Notarii Terr: inſcribant, 1563. f. 86. Sed Cracovienſi licitum Cracoviæ Acta aliorum Diſtrictuum inſcribere, 1589. f. 580.

Notarii Terreſtres Terrarum Maſoviæ Officia Notariatus Caſtr: teneant, Vicenotarios habeant poſſeſſionatos, expeditiones ſubſcribant, 1576. f. 298.

Notarii Terr: in Regno cum Camerariis, quando Judicia non celebrantur, Cauſas Exemptionum & profugorum judicent, Herb. f. 277.

Notarii Caſtr. in Palat. Caliſſienſi, Siradienſi, Lancicienſi Terr: Goſtinenſi & Vielunenſi ſint poſſeſſionati & jurati, in Palat. verò Breſtenſi Cujaviæ & Junivladi: tantùm jurati, & in Diſtrictibus Palatinatûs Poſnan. & Caliſſ: 1565. f. 102. et Cracovienſis ſit Poſſeſſionatus & juratus, 1589. f. 517. Nec non Culmenſis & Margemburgenſis Pomeraniæ, 1611. f. 31. & Sandomirienſis 1589. f. 580. Camenecenſis & Latyczov: 1616. f. 25. Bełſenſis 1635. f. 34. & in Terris Ruſſiæ, 1631. f. 25.

NOVA emergentia in Comitiis decidantur, 1607. f. 838.

NOVITER reperta documenta debent comprobari prout per Partem & Patronum Cauſæ circa Agitationem Negotii non erant celata, neque eadem pars habere valuit, ſecundariò verò ad noviter itidem reperta documenta agere penitus eſt interdictum ſub pænis perſonalibus & pecuniariis contra Convulſores Decretorum Tribun: ſancitis, 1726. f. 44.

NUNDINÆ Statuto ordinatæ Herb: f. 281. in eisdemque & foris in Palat. Poſnan. & Caliſ. Mercatoribus Chriſtianis & Judæis ad venientibus ad mercandum ſit poteſtas libera ſub pæna 1000. Marc forum in Caſtro, 1635. f. 41.

Palatini provideant ut liberè omnes res per talenta & ulnas in Nundinis vendantur, Cives id Poſnan; Leopolien: Lublin: Varſav. & alii non impediant, 3. Teſtibus convicti poſt Curiam reſpondeant & 100. Marc. puniantur, Herb. f. 282.

Nundinis Petricov: ſecuritas cauta. Tribunal in diſpoſitiones VicePalatinales ſe non immiſceat, 1635. f. 40.

OBIECTIO Condemnationum permiſſa; nemo ab ea arceatur, & compoſitio ratione pœnarum in Conſtitutionem loci ſtandi ex parte *Judicii* vetita, 1726. f. 23.

OBLIGANS hæreditatem *v.* ejus poſteri ad minus ſemel in Anno proteſtationem faciant, quâ factâ intra 30. Annos redimendi reſervatur facultas, quodſi verò non fuerit per 15. Annos continuos facta, ſentiat ſe à *Jure* hæreditatis cecidiſſe, 1368. Herb. f. 283. deinde 30. Annis præſcriptio 1423. Herb. f. 183. In Cauſis Exemptionum in majori Polonia forum in *Judicio* Caſtr: 1540. Herb. f. 284. hæc Lex diſpenſatur tit. præſcriptio.

OBSTACULA vulgo Jazy in fluviis, & molendina tollantur ſub pœna 100. Marc. in Officio Caſtr. ſine appell. repetenda, 1557. f. 11. 1562. f. 28. ſub pœna majori 300. Marc. excepto fluvio Buk, 1563 f. 45. & 1565. f. 99. Et qui ea conſervare voluerit, tenetur commoditatem de flnitationis, aliàs Oſtia, vulgò Slozy providere, alioquin damnum paſſo refundat ſine Appell: 1567. f. 132. Tollantur omnino obſtacula, 1578. f 335. ut tit. fluvius.

OFFICIALES Terreſtres, Graniciales, Caſtrenſes & Burgrabii ſint in ſuis Territoriis poſſeſſionati Nobiles & non notati, 1726. f. 38. Caſtrenſes jurent in quærellis coram Capitaneo, Burgrabii coram Actis, *ibidem.*

Notarius Terreſtris juret in Terminis Terreſtribus coram Palatino *v.* Caſtellano Herb. f. 278. deinde per totum Regnum *Judices* Terreſtres non in poſitione Actorum ſed in Terminis Terreſtribus jurent, 1589 f. 517. in abſentia Palatini & Caſtellani coram Officialibus Terr. & Nobilitâte in Terminis Terr. vel in poſitione Actorum *Judicialium*, 1598. f. 692. in Palat. verò Maſoviæ in Terminis Terr: tantum 1593. f. 648. reaſſumptio in hæc verba prout 1598. facta 1726. f. 38.

Offici-

Officiales Caſtr: utpote *Judices* & ViceCapitanei ſint poſſeſſionati, 1550. f. 7. & in Podlachia 1569. f. 192. Sufficit verò poſſeſſio in Palatinatu, licèt non in Diſtrictu proprio, 1562. f. 23.

Officiales Terreſtres libere eligantur, & ex 4. Candidatis electis, uni Rex Officium conferat, 1550. f. 7. hanc verò Electionem Palatinus ſive Caſtellanus primus loci poſt deceſſum *v.* ceſsum in 6. Septimanis deſignabit, cui ſecuritas cavetur, 1588. f. 460. In Ducatu Osviecimenſi in 4. 7mnis, 1563. f. 63. ibidem poteſt Capitaneus de Conſenſu Palatini Electionem deſignare, *ibidem.* f. 67.

Ætate & intelligentia bene vigentibus hæc Officia conferantur, 1562. f. 20.

Ordo Officialium Regni: Succamerarius, Capitaneus cum *Juriſdictione*, Vexillifer, *Judex*, Dapifer, Pocillator, Subjudex, Subdapifer, Pincerna, Venator, Tribunus, Notarius, Enſifer, Theſaurarius, 1611. f. 26. In Palat. Maſoviæ, Vołhyniæ, Braclav, & T. Lvovenſi meliorata Conſt: 1611. Officiales Caſtrenſes poſt omnes Terreſtres locum obtinuerunt, 1613. f. 20. In Vołhynia ſic ordinantur prout in Regno, tantùm Venator locum habet poſt Pocillatorem, 1647. f. 18. In Podlachia Tribunus ſtallum obtinuit poſt Enſiferum, 1677. f. 25. ad Ordinem verò Anni 1611. legatur Conſt. 1635. f. 38. has verò Conſt: 1611. & 1635. Palat. Łancicienſis, Raven. Kijoviæ, Czerniehoviæ, Vołhyniæ ſuſceperunt, 1638. f. 39.

Officiales Terreſtres in Regno in abſentia Officialium & Nobilitatis, non eligantur in receſſu Conſt. 1717.

Impoſſeſſionatus Officium ſi lucraverit, Acta per eum ſunt nulla, & nullitas privilegii, ac pœna 2000. Marc. forum in Judicio Caſtr: ſive Terreſtr. aut Tribunali. 1563. f. 42. & 1613. f. 33.

ORDINATIO Radziwiłow approbata, 1589. f. 528.

Zamoyſkiego *ibid.* f. 526. ad Acta Tribunalis Lublinenſis porrecta ſalva Immutatione, 1590. f. 579. & vigore Conſt. 1635. Commiſſio deſignata, ſalvis *Juribus* Eccleſiæ Collegiatæ & Academiæ Zamoyſcenſis reſoluta, 200.

Homines pro expeditione generali debent expediri, & fortalitium conſervari: in deportationem onerum ſummas contrahere conceſsum, 1674. f. 11. & 14.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0151-0

Tranſactio cum Koniecpolski ratificatur, Creditoribus forum in Tribunali Regni, ex regeſtro Incarceratorum, 1677. f. 48.

Ordinatio Oſtrogienſis conceſsa, 1609. f. 793. Homines 600. pro qualibet neceſſitate Reipub. ex hac ordinatione deſignati, 1624. f. 2.

Ordinatio Pinczovienſis Myſzkowskiemu conceſſa cum Optione immutandi, 1601. f. 48.

**OBLATA** in tantum valet in quantum originale producitur conſtat ex Conſt. Ter. Goſtinen. 1565. f. 105. & Drohicien. 1613. f. 21. Vide Potioritas.

**PABULA** nullus proficiſcens pro equis in Villis & Tabernis vi recipiat, vel ad vendendum cogat, Herb. f. 285.

**PACTORUM** Violatores vide Gverræ.

**PALATINI** pretia rebus imponant, Herb. f. 286. eorundem Conſt. Capitanei exequantur ſub pæna, 100. Marc. Herb. f. 287. & qui adverſarentur ſimiliter puniantur, Herb. f. 289.

Omnibus rebus quæ ad fora ducuntur & quæ in Regno inveniuntur, adſcitis Loci Capitaneis & Dignitariis pretia imponant ſingulis Annis, menſuras inſtituant, modum vendendi præſcribant, Herb. f. 286. in omnibus Civitatibus & Oppidis ſui Palatinatûs, Herb. *ibid.* & 1588. Convocatis per Magiſtratum Contuberniis exceptis frumentis hæc adimpleant, etiam ad præſentiam Judicii Terreſtris, hæc fiant in Prætorio Civitatis primæ & per Miniſterialem publicentur, requirentibus extradantur per totum Regnum, excepto ſi quis aliâ formâ ſibi res parare juſſerit, 1565. & 1578. f. 340. privati Cives in Officio Conſulari pænâ 14. Marc. transgreſſores puniantur, Herb. f. 288. & 1565. f. 96.

Taxa per Magiſtratum ſub pæna 500. Marc. exequetur. 1607. f. 845. Forum in Officio Caſtr. 1613. & 1616. f. 14.

In Caſu inobedientiæ Taxæ merces confiſcentur, Herb. f. 287.

Palatini requiſiti de Proconſulibus Civitatum Regalium juſtitiam miniſtrent ſub pæna, 100. Marc. Herb. f. 289. Reaſſumitur Palat. Maſoviæ & Ruſſiæ, 1565. f. 96. & 1578. f. 340. Proconſules pænâ 200. Marc. ſalva appellatione Palatini puniant, Herb. f. 288. Sive per Officia Caſtrenſia puniantur, 1581. f. 378.

In Terris Pruſſiæ duo Deputati ex quolibet Palatinatu in Comi-

tiolis

tiolis Electionis Deputatorum ad taxandas Merces eligantur. Contraveniens taxæ pænâ 100 Aureorum parti, & Judicio per medium in Tribunali puniatur, 1613. f. 25. Deinde per Burgrabium pretia rebus imponantur, Forum coram eodem ſalva appellatione. 1620. f. 11.

In Regno verò loco Palatinorum, Vice Palatini, *ibidem.*

Palatini in Terris Pruſſiæ ſint poſſeſſionati, 1589. f. 515.

In Palatinatu Czerniechoviæ jus hæreditatis prætendens & non agens tribus Annis præſcribit. 1638. f. 29.

PANNI Strictioris vel brevioris Venditores pænâ falſi puniantur, 1507. Herb. f. 290. Ad latitudinem duobus Cubitis in longitudinē triginta ſint ſub Confiſcat, 1565. f. 95.

PARITATES Votorum in proximo Tribunali judicentur, ſed nova emergentia in Comitiis decidantur, 1607. f. 80.

PATER & FRATER pro exceſſu Filii & Fratris non puniantur, nequè Filius pro Patre niſi fuerit particeps Criminis, Herb. f. 290.

PÆNA Talionis in eodem Judicio extendatur, in quo Citatio producitur ſalva appellatione, 1550. f. 6. Videlicet ſi quis in Cauſis Civilibus criminaliter accuſatur, in Cauſis honorem tangentibus, & Actor in probatione ſcrutinio educto defecerit, luat pænam, 100. Marc. cum refuſione expenſarum Juridicarum Juramento evincendarum & Turrim per 12. Septimanas ſuſtinendam in Fundo proprii Diſtrictûs ſubeat, 1565. f. 100. & 1587. f. 408. Circa Ordinationem Judiciorum Capturalium. Et intelligitur: quando in Comitiis vel poſt Curiam Cauſam Criminalem ex Civili aliquis promovet, 1578. f. 328. Aucta pæna ad 200. Marc. excepta evaſione. 1588. f. 465.

PÆNA Revocationis ſuper aliena Natalitia diffamante vel bona Jure Caduco impetrante circa alias pænas in Tribunali decernatur, 1588. f. 458.

PÆNA Piątnadzieſta XV. nunc Trium Marc. Herb. f. 200.

Siedmnadzieſta nunc 14. Marc. Herb. f. 169.

Scotus efficit Marc. Herb. f. 502.

Pæna Koc. Caſtren. facit flor. 3. Terreſtris Marc. 3.

Pro Parte Judicii in his Cauſis in quibus ipſe rigor Juris neceſſitat ſupra vadium Tribunal. ſibi non adjudicet nequè pænas parti adjudicatas, ſibi verò condonatas acceptabit, nequè Perſonales ſine Partis

con-

conſenſu relaxabit, 1670. f. 22. Reaſſumptum & qui non ſolverit; ſubeſt pænis Contraventionis, 1726. f. 29.

Pænæ Luitæ ad Caſſam incorporantur, & tenenti Regeſtrum Deputato ſecunda lapha deſignatur, has verò Luitas niſi originaliter Actor & Citatus ſolvant, 1726. f. 42.

Reductio adjudicatorum in Tribunali.

A qualibet Inſtantia Notario groſſi 15 Ad Caſſam totidem.

A Lucro Notario groſſi. 15. ad Caſſam flor. 1. groſ. 15.

A Lucro ulterioris Notario gro. 15. ad Caſſam flor. 3.

A Lucro iterato ultimarie Notario gro. 15. ad Caſſam flor. 5.

A Lucro pænarum Legum Notario gro. 15. ad Caſſam flor. 4.

A Decreto Evaſionis, Dilationis, Suſpenſionis, adcitationis, Inquiſitionis, Notario flor: 4. ad Caſſam flor. 2.

A Decreto Comprobationis, Comportationis, Executionis, Reinductionis caſſatæ vel approbatæ ſententiæ incompetentis Actionis, Extraditionis, & ſimilibus Notario flo. 6. ad Caſſam. 2.

A Decreto Condeſcenſionis per utramque Partem Notario flor: 40. ad Caſſam 6.

A Decreto ex Condeſcenſione tum lectis Inquiſitionibus Deductionis Nobilitatis Notario flor. 30. ad Caſſam 6.

A Decreto Solutionis Notario flor. 6. ad Caſſam 2.

A Decreto Liquidationis & Collocationis Jurium à quibuslibet Mille flor. Judicio Terr. flor. 3. à toto verò Decreto ad Caſſam flo. 6.

In Conſtitutionem loci ſtandi pro Condemnatione Caſtren. vel Terr. Contumatiali pæna duplex 14. Marc. parti, Judicio ſimplex, poſt inſcriptam verò Comparitionem duplum.

Pro Tribunalitia Contumatiali Quadruplex pæna 14. Marc. Judicio duplex.

Poſt Inſcriptam verò Comparitionem parti medium Vadii, Judicio per medium.

In ſublationem Condemnationis Caſtren. & Terr. Contumatialis pæna Quadruplex 14. Marc. parti, Judicio duplex.

Poſt inſcriptam Comparationem & receſſum temerarium medium vadii parti, Judicio per medium.

Pro Tribunalitia Contumatiali parti Vadium Capitaneale, Judicio per medium.

Pro

Pro Condemnatione poſt receſſum Vadium ſemiduplex, Judicio Marcæ 90.

Pro Contraventione Decreto Caſtr: vel Terr. parti Vadium ſimplex, Judicio Medium, Tribun. verò Vadium Duplex, Judicio Simplex.

In caſu repetitæ Contraventionis, quæ ſapit Convulſionem Decreti, Seſſio Turris per duas Septimanas & Vadium duplex Parti, Judicio ſimplex, & damnorum refuſio prævio Juramento.

Antiquæ Condemnationes Vadio parti, Judicio medio ſufferantur.

A quolibet Teſte in Tribunali flor. 6. Omnia ſuperiora 1726. ſunt ſancita.

In Terris verò Pruſſiæ in Tribunali in Cauſis tantum executionis rei judicatæ ad 50. Aureos pænalitas aucta, in aliis 3. Marc. 1633. f. 60.

PERLUCRA exequantur per ſuorum Diſtrictuum Capitaneos ſub pæna 100. Marc. Herb. f. 294.

PIGNUS vide Citatio.

PISCES Si quis in alterius Lacu v. aqua fluenti, cæperit, in fæno & frumentis furtum fecerit, convictus pro damno ſatisfaciat, & Domino fundi pænam ſolvat, depaſcentes verò & incidentes gramina in tunica vel pallio impignorentur, Herb. f. 298.

PLENIPOTENTIA ad Cauſas diviſionis, expulſionis, exemptionis, rei Judicatæ, ſive Executionis & in quæſtionibus hæreditariis requiritur, 1616. f. 7. & 1678.

PROCESSUS in cognito Negotio non ſufferatur ſub nullitate Caſſationis 1726.

Proceſſui in quovis puncto male obtentum poteſt objici. 1588. f. 468.

In Palat. Maſoviæ proceſſus abbreviatus, 1565. f. 104. Idem in T. Czernen. & Varſavien. 1567. f. 136.

In Cauſis ex Termino tacto in Palat. Maſoviæ præcedat pæna Contumaciæ, deinde lucrum, in vim lucri reſtitutio ſub pæna Infamiæ in Caſtro. Inquiſitiones coram ViceCapitaneo & uno Terr. Officiali, 1613. f. 18. fiant.

Proceſſus Swoſzewſkiego Typo imprimatur, 1611. Tandem caſſatur, 1613. f. 34.

In Citatione Terreſtri ſufficit de Titulo Regio ponere. Sigiſmundus

dus DEI gratiâ Rex Poloniæ &c. quæ ſigillo Terreſtri obſigillata in Curia vel apud Vladarium, Cmethonem vel hortulanum prævia publicatione ſi Curia defuerit ponatur, in deſertis verò Villis in lignum reciſum Terræ infixum imponatur & publicetur in viciniori Villa vel Parochia, Herb. f. 325.

Si à comparitione Citatus temerariè receſſerit, in pæna Quatuordecem Marc. Condemnabitur. Herb. f. 325. & 330.

Traditio Bonorum interdicta obedientia publicetur, Herb. f. 336. Siſtendo publicationem experiantur. ſublatum. 1726.

PECORA vagantia ſi quis non præſentaverit ad diem 3. forum in Caſtro, pro damnis in Judicio Terr. 1588. f. 498. ratione non præſentationis pæna 3. Marc. forum in Caſtro 1576. f. 309. In Except. Maſov.

Damna per pecora illata amici taxabunt, & ſi diſcordaverint, Actor damna comprobet 10. Sexagenas excedentia, ſi non excedunt Adminiſtrator. *ibid.* f. 300. In Except: Maſov.

PONTIS in fluvio Gac Zabickiemu exſtructio conceſſa, 1589. f. 526. Et in Buk Hæredi Doruchowa, 1581. f. 377.

Exactio Pontalis Bielinſkiemu in Beliny per medium groſſum ab equo conceſſa, 1613. f. 26.

Similiter Zułkiewſkiemu in Zułkiew in D. Kraſnoſtavienſi, *ibid.* f. 30.

Pons in fluvio Solec, per eosdem qui bona eo reſpectu poſſident, meliorabitur ſub amiſſione fundorum & refuſione damnorum in Tribunali, 1633. f. 62.

Pontalis exactio Villarum Belice, Brzesciany, Pryanowice, Urzka, & Ruda hæredibus conceditur, 1635. f. 42. OEconomia tamen Samborſcenſis libera, *ibidem*.

Pons ſub Kamieniec Mazoviecki per Cives reſtauretur ſub pæna 100. Marc. exactio per medium groſsū ab equo conceditur, 1616. f. 19.

Exactio Pontalis ſub Włodziſław, Szczekocin, Kurzelow, Sadowniki, Mokre, Strzelce, & Gorka per groſsum ab equo & pecude conceſſa, 1677. f. 15.

Et in Pogorzelec, 1678. f. 30.

Et in Siedlec, 1678. f. 31.

In Rozwiennica in Terra Premislienſi pontis exſtructio approbatur,

exa-

exactio à Curru Mercatorum per groſſum. Inſuper exactio prohibita; forum in Caſtro vel Tribunali, 1676. f. 55.

Pro reductione expenſarum in exſtructionem Pontis inter Grępkowo & Ogrodek ſalva Relatione Commiſſio *ibid.* f. 67.

Exactio Aggeralis in Zytnia per groſsum, 1678. f. 32.

Teloneum Palat. Sandomirienſis à Mercatoribus Villarum Długawola, Kolczyno, & Piotrkowino hæredes non denegent ſub pæna 100. Marc. forum in Tribunali, 1678. f. 34.

Reviſio ubi requiruntur trajectus conceſſa, 1578. 1581. Deinde has reviſiones Officiales Terr: in ſuis Palatinatibus expedire debuerant & ad Comitia transmittere, 1589. f. 518.

Civitati Clodavienſi Pontalis exactio per ſolidum ab equo, à bove per denarium conceſsa, 1616. f. 21.

Civitati Plocenſi Brukowe per groſsum ab equo conceditur, 1616. f. 34.

Trajectus in Uſcie, Kcynia, Nakło, Sokolniki, Ziomek, reparatio, & per groſsum exactio à vectoribus conceſſa, 1676. f. 45.

Commiſſio pro agnoſcendis expenſis in exſtructionem aggeris & Pontis ad Dankowo exſtructi in fluvio Iſtwar, Conſtitutioneque Telonei aſſignata ſalva relatione *ibid.* f. 67. *Vide Teloneum* & Reviſores.

Teloneum à Vectoribus & mercatoribus, pecoribus pontale in Botowice Capituli Cracovien: & Wrzogowice ad Præbendam S. *Jacobi* in Kazimierz, *ibid.*

PORCOS quicunque ad ſylvam ſeu glandes alterius depulerit, hic cujus ſylva pro prima vice porcum, pro ſecunda duos mactare poterit, tertia verò vice ſi ſcrophas prævenerit, ex tunc omnes pellere poterit ad Curiam Regalem Viciniorem, & ſignum in arbore facere tenetur, quod eſt *Juramento* firmandum, Herb: f. 299.

POSTAS, poſt libertates à vecturis Civitatum Sereniſſimo Regi ſtatuere permiſſum, intuitu verò Vecturæ juxta Conſt: 1564. f. 78. Civitates debent tres partes Soſzu, Villæ verò Regales & Clauſtrales de Laneo per 6. groſſos importare. 1620. f. 17. Tandem Quadruplum proventus vecturæ Civitates Magiſtro Poſtarum dare obligantur, & uſus Vecturæ pro commodo Nuntiorum ab extraneis reſervatur, & in tali paſſu prævia atteſtatione ab eisdem Nuntiis à quadruplæ ſoluti-

one liberantur, contra verò emungentes Vecturam etiam præviis literis Regalibus pæna 100. Marc: refuſio damnorum, forum in Caſtro ſine appellatione, cum Civitatibus verò & Retentoribus prævia ſolutione triplicis penſionis, forum poſt Curiam, 1647. f. 9. Reaſſumptum ſalvis abjuratis ſuper deſertas & conflagratas, tum ſalvis Decretis & Privilegiis Civitatum & ſalvo Calculo coram Theſaurario & Poſtæ Magiſtrò, quotannis faciendo, 1659. f. 16. Hæ Conſt. binæ Civitatib9 Regalibus & Spiritualibus reaſſumuntur, libertationes caſſantur, Poſta verò expeditiones in negotiis Altileriæ Regni ſuſcipere obligatur, 1677. f 17.

POSSESSOR in poſſeſſione impetitus, deficientibus ab utrinque documentis, ad probationem Teſtibus admittatur, Herb. f. 299.

POTIORITAS, Inſcriptiones in proprio Diſtrictu recognitæ primũ locũ habeant in potioritate, in remotiori verò Palatinatu factæ; & ad Acta proprii Diſtrictûs porrectæ ab Actu oblatæ collocationem obtineant, condictitiæ verò inſcriptiones caſſantur 1588. f 467. Priori tempore & *Jure* potiori primus locus debetur, & ſic conſequenter juxta actus Inſcriptionum *ibid.* Reaſſumitur Conſt. 1588. Palat. Volhyniæ quod in potioritate Bona Taxationi non ſubſunt ſed deterioris *Juris* creditor habeat poteſtatem ſi voluerit potiores eximendi, 1673. f. 31. Et pro parte Palat. Podlachiæ, 1676. f. 23.

PRATUM falcaſtratum ſi quis aſſeruerit ſibi per Vladarium (qui mortuus eſt) venditum eſſe probet, Herb. f. 305.

PRÆSCRIPTIO agendi pro Capite triennalis & trimeſtris eſt, pæna publica excepta, Herb f. 306.

Reaſſumptum 1550. f. 4. ſimiliter & ratione vulnerum, 1588. f. 462.

Præſcriptione non obſtante bona nullo *Jure* adempta in Regalia converſa repetantur, 1581. f. 373.

Præſcriptio ratione bonorum in dote ſive proceſſu poſſeſſorum, ſive modo Obligatorio dimiſſorum, 1588. f. 461. Idem in Palat Maſoviæ 1576. f. 306.

Præſcriptio verò hæreditatis in eodem Palatinatu ſive obligatorum bonorum ab actu Intromiſſionis inchoatur. Donata verò Exemptioni ſubſunt, *ibid.* f. 305.

Præſcriptio Injuriarum & violentiarum 3. Annorum, in Criminalibus

libus unius Anni & 6. Septimanarum agat in poſt Civiliter Jure Terreſtri, *ibidem* f. 307.

Præſcribunt. Vir Triennio, Maritata Decennio, Vidua Sexennio, Pupilli non, & ſub Interregno præſcriptiones non currunt, Herb: f. 306. & 307. Virgo poſt deſponſationem contra tutorem triennio & trimeſtri Herb. f. 419. Monialis ratione Bonorum Hæreditariorum à profeſſione Annis 20. Herb. f. 265.

Seps in alieno fundo poſitata biennio, Herb. f. 396.

Prætendens *Jus* Hæreditatis emptorem per 3. Annos & totidem menſes non conveniens præſcribit, Herb. f. 309.

Frumentum mutuatum infra 4. Annos repetatur, Herb. f. 168.

Pupilli non præſcribunt, Herb. f. 306.

Diviſio inter fratres 3. Annis & totidem Menſibus ſilentio ratificatur, Herb. f. 134.

Præſcriptio judaica 3. Annorum, Herb. f. 224.

Mercatores ratione debitorum à Nobilibus juxta Regeſtra repetendorum præſcribunt triennio, jam verò inter ſe veterem obſervent Legem, Herb. f. 256.

Cum hæreditas emptori oſtenditur, vicini per emptorem Voce miniſterialis vocentur, quodſi venire noluerint; infra 3. Annos & totidem Menſes Poſſeſſori pro limitibus quæſtionem non moverint, admittatur Poſſeſor ad Probationem ſuæ Emptionis cum Teſtibus præſcriptione attenta, Herb. f. 306. & f. 472.

Qui emit Villam, & niſi partem pretii ſolvit, venditor verò vult reſcindere Contractum ob non ſolutionem in tempore, propter quietam per 3. Annos & 3. Menſes Poſſeſſionem, venditio robur habeat Herb. f. 307.

Item ſi quis ex Conſangvineis ab emptione aliquem voluerit repellere, & 3. Annis & totidem Menſibus tacuit; præſcribit. Idem de Creditoribus Herb. f. 308.

Paſſus damnum per furtum infra Annum agat, ſed pro jumentis infra duos, Herb: f. *ibidem*.

Privilegio ſi quis non utitur per triennium; præſcribit, Sczerbicz & Łochocki.

Præſcriptio Spiritualium ratione proventuum 10. Annorum, 1607. f. 833.

Præſcriptione non obſtante bonificationem petat, cui exdiviſa portio avulſa fuerit.

Præſcriptio Bonorum Nobilium contra Spirituales 60. Annorum ante litem inchoatam, excepta renuntiatione præſcriptionis per inſcriptionem facta, exceptis quoquè fundis Poświątne dictis, his in locis ubi ſunt Eccleſiæ, 1633. f. 26. Hæc Conſt. ad præterita & futura *ibid.* & reaſſumitur. Decrera ratione Decimarum Compoſiti Judicii & loci Ordinarii approbationes ubi ſubſecuta fuerint; ratificantur, 1638. fol. 12.

In Palat Czerniechoviæ quæ bona ante ordinationem per Nobiles fuerint poſſeſsa, Capitanei ea non repetant ſub pæna 1000. Marc. parti & Judicio per medium, *ibid.* f. 32.

PRIVILEGIA ſuper Privilegia data poſteriora ſunt nulla, 1613. f. 10. 1674. & 1699. & 1717. f. 10.

Privilegia Terræ Vielunenſis in Volumen inſerantur, 1613. f. 23. & 1616. f. 19.

Privilegia in Palat: Braclavien, ſuper Bona Nobilium data caſſantur, 1611. f. 30.

Dominicanis Barſcenſib9 ſuper fundos, & incorporationem Eccleſiæ Sanctæ Annæ approbantur, 1613. f. 14.

Dominicanis Buſcenſibus ſuper tertiam Menſuram ex Molendino Buſcenſi, *ibid.* f. 37.

Civitati Barſcenſi ſuper libertatem à Teloneo approbatur, 1631.

Chmielowſkiemu ſuper domum, *ibidem.* f. 32.

Branickiemu ſuper ſtagnum, 1616. f. 33.

Sawy Greczyna approbatur, & liberis libertas, 1616. f. 35.

Civitatis Leſnenſis ſuper emporium Carbaſi & filæ netæ approbatur, *ibid.* f. 47.

Civitati Ravenſi ſuper Emporium filæ netæ & lini, 1638. f. 35.

Pannariorum Choynicenſium Privilegium declaratur, quòd & Civibus lanæ libera ſit venditio, *ibid.* f. 50.

Privilegium Bernardinorum ſuper fundos Caſtri Oſtrzeſzevienſis, 1633. f. 60.

Ubi ſpecialis Mentio in Privilegio de Teloneo, Curru, Jure Pattonatûs facta non fuerit; Juri Regio id reſervatum eſſe cognoſcitur,

quæ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0160-0

quæ tamen inſcriptiones generaliter fiunt, omnia Poſſeſſori attribuuntur, Herb. f. 43.

Impetrans Privilegium in diminutionem Proventûs Menſæ Regalis ſit infamis, ſeſſione Turris per dimidium Anni ex cujusvis Inſtantia ex Regeſtro Fiſci in Tribunali puniatur, 1669. f. 15. 1674. f. 19. 1699. f. 16.

Privilegia ſuper bona Terreſtria ne dentur, 1699. f. 50.

Privilegia ante Actualem Aſcenſum vel in certam Mortem nemini dentur, 1736. f. 56.

Privilegia & publicæ expeditiones extra Regnum nè dentur, exceptis Militaribus & Spiritualibus, *ibid.* f. 63.

PROCURATOR. Si principalem condemnare permittit reſpondeat, Herb. f. 341. Et pro mala procuratione 3. Marcas in *Judicio* Terr: in Caſtren: 6. Scotos ſolvat. f. 340. *ibid.*

Procuratores petentibus dentur, Herb. f. 339.

Qui vult Procuratore utatur *ibid.*

Qui vult ſuam Cauſam agat, 1543. Reaſſumptum, 1726. f. 42.

Mulieres Procuratorem in hoſpitio conſtituant, Herb. f. 339. In Tribunali præſentes nè ſint, 1726. f. 47.

Spirituales Cauſas non procurent niſi proprias, Herb. f, 34.

Procuratores ſint jurati, quia Malam Cauſam non procurabunt, nec Conſilium dabunt, Herb. f. 341. Idem; & debent eſſe Nobiles, 1726. f. 41.

Per crudas Citationes Nobiles poſſeſſionatos ad Tribunal non evocent, & ad incompetentia Regeſtra, neque in his dent Conſilia ſub pæna 500. Marc. & pæna Turris per 12. Septimanas, 1678. f. 24.

Procuratores quousquè in Palæſtra exiſtent, Officia Caſtren: Terreſtria, Burgrabialia, Vicesgerentias non habeant ſub privatione & abjudicatione patrocinii, 1726. f. 41.

Quantitas eorundem ad majores Cauſas 3. minutiores 2. *ibid.* f. 24.

Per côdictum *Judicium* deſerentes termino tacto conventi, pænâ Turris per 12. Septimanas & Crumenali puniantur, & Condemnatis principalibus damna refundant, *ibid.* f. 26.

Servitia bellica non obeant ſub privatione ſtipendiorum & abjudicatione Patrocinii, *ibid.* f, 42.

Sub

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0161-6

Sub Cuſtodiam Militarem pro pænis adjudicatis, eorumquè Principales non trahantur, ſed pænas adjudicatas & luitas ſalva repetitione ſolvant, ſecus à loco ſtandi arceantur, Vadia verò per Tribunal alicui ceſſa vindicentur ex Regeſtro pænalium, & bona poſt unam Condemnationem tradantur, *ibid.* f. 47.

PRUDENTIÆ partes Memoria, Intelligentia & Providentia, repugnantia autem ſunt præcipitantia quæ non deliberat, Affectus qui mentem excæcat, & pertinacia quæ bonis Conſiliis aures obturat, et ea contemptui habet.

QUARTA pars Proventûs bonorum Regalium pro commodo Reipub: cedat, 1562. f. 20 ſub pæna peculatûs, 1613. f. 3. In T. Podlachiæ ſublata, 1590. f. 579.

Caſus fortuiti caventur prævia proteſtatione ac demum juramento, 1569. f. 184.

In Summis antiquis 5tus poſſeſſor quartam ſolvere tenetur, 1588. f. 470.

Ex Luceorienſi, Włodzimir: Cremenecenſi, Braclav, & Vinnicenſi Capitaneatibus quarta à modo conceſsa, 1590. f. 576. Et ex Kijov, Czerniechov: & Podoliæ Palatinatibus ac Braclav: 1667. f. 4.

Oneratorum bonorum ſi quis ceſſionem obtinuerit ad ſolutionem retentorum teneatur ſalva repetitione forum, in Tribunali, *ibidem*.

Si quis Quartam retinuerit, Activitate careat, *ibid.* & 1569, 1661. 1667. & 1736. f. 109.

Si Poſſeſſor ante Annum perſolutâ Quadruplâ mortuus fuerit; extunc novus donatarius prævia per Deputatos liquidatione debet id reſtituere, reliquum ad theſaurum importare, 1658. f. 15. *Vide Bona.*

Ex Palat. Ruſſiæ Quarta per medium, ex D. Trębovolienſi tantum adrationaliter, 1676. f. 28. & ex Cremenecenſi, Zydaczevienſi & Chalicienſi Terris per medium, & ubi nulla hoſtilitas, in toto. 1677. f. 9.

A quietationibus exactio prohibetur, 1683. f. 7.

Quarta non per ſubditos ſed per Poſſeſſores Solvatur, 1717. f. 5.

QUOD olim in Græcia Amphictriones fuerunt, Romæ rotha eſt, in Gallia Parlamentum, in Germania Imperialis Cameræ Judicium, in Polonia Regni Comitia.

RAPTOR ſit Infamis, rapta verò ſi ſuper raptum conſenſerit dotem

tem perdat, ſed non in ſola recognitione raptæ Judiciali ut in ante vi ſtatuti f. 361. practicabatur, res conſiſtat, ſed in Amicorum de linea paterna & Materna ſcrutinio, forum in Tribunali inter Cauſas Incarceratorum, Conſenſus Conſangvineorum animadvertendus, 1631. f. 18.

Ratione verò raptûs Virginum nondum Nubilium & in poteſtate Tutorum exiſtentium poteſt agi. ad Conſt. 1588. f. 462. de Captivis 1607. f. 848.

REFERENDARII Cauſas Theutonicales audiant, 1538. 1550. Herb. f. 363. & 1550. f. 3. Et Circa S. R. M. Cauſas audiant, Conſilia dent. *ibid.* Sint jure periti, unus Sæcularis, alter Spiritualis jurati, querellas ſupplicum audiant & referant: Herb: f. 362.

Regeſtrum Cauſarum & deliberationum Comitialium ſubſcribant, 1607. f. 836.

In Senatu ſuum ſenſum dent, 1569. f. 180.

Exemplaria Decretorum ſubſcribant, & ad Cancellariam non tamen condictitia remittant, 1641. f. 78. *Vide Comitia.*

REGENTES Terr: & Caſtren: Plocenſes & Terrarum Pruſſiæ ſint benè poſſeſſionati & jurati more Ducatûs Maſoviæ, 1647. f. 26.

Terreſtres verò Tribunalis Regni in fine Tribunalis jurent ſuper executionem Legis Novellæ & prout ultra Inſtructuarium etiam parte plus offerente ſalaria non percipiebant, ratione Fabricationis termino tacto converti Seſſione Turris per 3. Menſes & triplici vadio parti, Judicio per medium & abjudicatione Officii puniantur, 1726. f. 37. Nihil itaquè per eosdem & Judicium Terr. ac Inſtigatores ultra Inſtructuarium exigatur ſub triplici refuſione & pænis perſonalibus & privatione, prævia comprobatione per Actorem, *ibid.*

REGESTRA Tribunalitia per Judicium Terreſtre diligenter connotentur, ex eisdem Cauſæ acclamentur, 1609. f. 901. Sub numero Cauſæ inſcribantur, & non immutabuntur, partibus requirentibus Inſcriptiones extradantur. 1618. f. 6. Cum ſubſcriptione, 1726. f. 36.

Regeſtra non disjudicatarum Cauſarum Mareſchalcus Tribunalis in determinatione ſubſcribat, 1611. f. 6.

Regeſtrum in Tribunali terminorum tactorum merè violatæ Securitatis, recentis Criminis, gravis exceſſûs intra Mænia & in ſuburbiis

com-

miſſi redeuntibus & adeuntibus ex Judiciis ex Termino tacto Verbali ex mandato Judicii, nec non Incarceratorum & perſonarum Deputatorum nullis obſtantibus Conſervationibus & partium ſcriptionibus Cauſas in ſe debet complecti ſub nullitate Decretorum, & proceſſus ac pœna 500. Marc: ſuper prætextuosè Cauſam inſcriptam proſequente, parti, Judicio per medium, & ſit circa Regentem Petricoviæ & Lublini, 1726. f. 27.

Regeſtra Arianismi Cauſarum tantùm Apoſtaſiæ, Judaismi, hæreſis, Blasphemiæ, Notoriæquè Divini Nominis læſionis, in Eccleſia vel Cœmeterio obſangvinolationis ſub pœna 500. Marc: & nullitate judicati & proceſſus juxta Conſt. 1662. & 1685. f. 2. qualibet die de mane debent judicari, 1726. f. 27.

Ex quo regeſtro Cauſa cœpta, ex eodem continuabitur, *ibidem.*

Regeſtra Provinciæ Minoris juxta Ordinationem, 1670. Lublini in obſervantia maneant. Reliqua caſsantur, *ibid.* 1726.

Cauſis Ordinationis Zamoyſcenſis quolibet menſe, f. 4. Cadentia præfigitur, *ibid.*

Regeſtra Palatinatûs Cauſas omnis generis complecti debent, *ibid.*

Cauſis rei judicatæ, Decretis evictæ, & ex remiſſionibus & terminis conſervatis Regeſtrum, f. 4. & 5. deſignatur qualibet Septimana, *ibidem.*

Prætextuosè Cauſas inſcribentes puniantur, *ibid.* f. 36.

Omnia Regeſtra in Cancellaria Terreſtri maneant, pœnalium verò circa Inſtigatorem, 1609. &. 1726. f. 37.

Regeſtrum pœnalium nonniſi propter vindicationem pœnarum & ad caſſationem proceſsûs mediante partium conſenſu ordinatur, *ibid.*

Procuratores ſecundæ Claſſis aditum ad Regeſtra habeant, ad Connotationem Cauſarum, *ibid.*

Regeſtra ſuo curſu judicentur, circa quæ unius Deputati oppoſitio obſervetur, *ibid.*

Farrago eorundem caſſatur, *ibid.*

**RE IECTIONES** ad ſatisfactionem in pœnis tolluntur, vindicatio pœnarum ex Regeſtro pœnalium deſignatur, *ibid.* f. 47.

**REINIUDICATA** Actores & Citati dilationes & Motiones non urgeant, excepta infirmitate in perſonalibus ſub amiſſione Cauſæ. 1647. f. 8.

RELATI-

RELATIONES, Manifeſtationes etiam contra propriũ loci Capitaneum vel Officialem, non tamen calumnioſæ, in proprio Diſtrictu inſcribantur ſub pæna Turris per 4 Septimanas, & duplici Vadio parti, Judicio ſimplici: & ſi irrequiſito Officio proceſſum aliquis eò fine intentaverit, pænæ Talionis prævia deductione ſubjacebit. 1726 f 45.

RENUNTIATIOENEM proprii Fori ſi quis fecerit; respondeat prout ſe inſcripſit. Herb. f. 363.

RESIDENTES ad lat9 Regiũ ex Comitiis deſignari ſolent. Senatores Spirituales per dimidium Anni, Sæculares verò per quartuale, Excepta Infirmitate comprobanda ſub pænis Conſt. 1609. Sancitis in initio Comitiorum juxta Conſt. 1607. peremptoriè vindicandis id expleant 1641. f. 3.

Quibus in omni Judicio in perſonalibus cauſis 6. Septimanis ante & poſt reſidentiam dilatio currit, idem tempore Tractatuum, *ibid.*

Inſtigator ratione præmiſſorum agat. 1678 f, 25.

RESIGNATIONES & reformationes coram Majoris Poloniæ Generali more antiquo fiant. Sigis. 1510.

REVISORES. Ad Capitaneatum Kovalienſem propter decidendam reparationem prævia relatione deſignati, 1676. f, 65, & ad Chęcinen: & Zarnov. 1678 f, 12.

Reviſio aggerum Consnenſium ratificatur, 1611. f. 35.

Reviſio Serebryiſkim ad dislimitandam medietatem Villæ eorum Serebryiska cum medietate Regali peracta apprbatur, 1590. f. 589. Similiter Łuſzkowa, 1601. f. 747.

Reviſores ad Wierzbowice ex re expenſarum in erectionẽ Oppidi, 1611. f. 29. denuo 1613. f. 15.

Reviſio Aggeris apud Surowo Goreckiemu conceſſa, 1613. f. 15.

Et Tyſkiewiczani propter conſtituendam exactionem pontalem in fluvio apud Brocław, 1611. f. 45.

Ruſzkowſkiemu ſuper Teloneum apud Smiełowo & Liſowo, 1613. f. 8.

Choinskiemu apud Smolno in Czarny las, *ibid.*

Potulickiemu apud Chodziesz, *ibid.*

Mycielſkiemu apud Chocz, *ibid.*

Hæredibus Czarney wody, *ibid.* f. 15.

Karsnickiemu apud Werble, *ibid.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-144902-p0165-8

Apud Skrzydlewo maius, *ibid.*

Apud Oppidum Łaſko ſuper aggeralem exactionem, *ibid.* f. 26.

Similitèr ad Xiężnice, *ibid* f. 27.

Ad Łabierzewo Monialibus Zwierzyniecen. *ibid.* f. 30. approbata, & Privilegium datum, 1616 f. 38.

Ad Rudlice & ad Zytowo Reviſores dati, 1613 f. 31.

In Tractu Wierzbovienſi exactio Pontalis, *ibid.*

Reviſio Choteckiemu ſuper Teloneum conceſſa approbatur, 1607. f. 851.

Reviſio ad Oppidum Krotoſzyn propter Conſt. Telonei & viſionem Viarum, 1631. f. 26.

Reviſores ad reparationem Caſtri Chęcinenſis, 1613. f 10. expedita & ſumma, 5446. flor. gros: 15. per futurum donatarium exſolvenda agnita, 1616. f. 7.

Reviſio ad Caſtrum Będzin: propter reparationem, *ibid.*

Ad Caſtrum Trębovelien. propter taxandas expenſas, 1631. f. 26.

Ad Caſtrum Szydłov: *ibid.* f. 97. & ad Lublinen. *ibid.* & denuo, 1633. f. 60.

Reviſio factæ Commutationis Gutkowa pro Łopacino, *ibidem.* f. 27.

Reviſio propter conſtituendam exactionem Pontalem apud Sendziſzewo data approbatur, *ibid.* f. 31.

Similis ad taxandas expenſas in exſtructionem pontis in fluvio Złota Lipa, 1633. f. 44.

Reviſores ad Commutationem Villæ Regalis Smierdzony in Capitaneatu Pilznenſi pro bonis Oſolinſkiego prævia approbatione, *ibid.* f. 45.

Super expenſas reparationis Caſtri Oycovienſis, *ibid.* f. 48.

Ad Commutationem fundi Villæ Węzowa; *ibid.* f. 49.

Ad Reviſionem Viæ Paluſtris in Bielce & Pontis in Piianowſce & ad Conſtitutionem exactionis, *ibid.* f. 55.

Ad taxandas expenſas reparationis Tranſitus commodioris Brzeſcianenſis & Raytarovienſis ad Conſtituendam exactionem. *ibid.*

Reviſio exſtructi fortalitii in Villa regali Hołoſkowo in P. Podoliæ propter reducendas expenſas, & utrum ſit neceſſarium, *ibid.* f. 56. denuo, 1635. f. 35.

Reviſio Villæ Łagiewniki in Caliſs. Czaplickiemu approbatur, 1676. f. 65.

Revi-

Reviſio ſuper expenſas & ad conſtituendam exactionem Aggeralem in Zadawy, 1633. f. 57.

Ad reducendum ſumptum in reparationem Caſtri Oſviecimenſis & ſi Cives reparationi Mæniorum ſufficere ex Teloneo poſſint, *ibid.* f. 37.

Reviſio ad taxationem ſumptûs in exſtructionem Aggeris in Grebano T. Vielunen: & Conſtitutionem Telonei, *ibidem.* f. 40.

Similiter in Huſienno in fluvio Bug & ſi ſine impedimento Navigantium ſit *ibid.* f. 45.

Reviſio reſpectu Conſiderationis ſumptûs ſuper meliorationem Viarum & Pontium in Brackie et Wolborz ac Byki, *ibidem.*

Similiter ad Villam Owczary propter decidendas expenſas ſuper exſtructionem pontis & aggerum & Conſtitutionis Telonei Salva approbatione, 1641. f. 22.

Ad taxanda Ædificia Caſtri Pokrzyvnicenſis, *ibid.*

Reviſio Communicationis Aquæ de fluvio Warta per fundum Reipub: ad ſtagna Vidzovienſia in Radomſcenſi D. 1635 f. 27.

REX à Congreſſu electionis eligendus ſit abſens, 1633 f. 12. Avulſa recuperare & augere obligatur, 1550. f. 2. non tamen inconſultâ Repub, 1736. f. 57.

Electio verò Regis ſit libera & Poloni ſine Lithvanis Regem non ebligant, Herb. f. 148. & 1564. f. 56, & de libera Electione, 1670. f. 12. 1699. 1736. f. 2. non niſi in Regno fiat, 1569. f. 174. Locus Electionis inter Wola & Warſzawa in perpetuum, 1736. f. 95.

Electioni verò præſens ab inferendis damnis & exciſſione ſylvarum ſe abſtineat, & in Criminali & Civili actione in Compoſito Judicio ex Tribus Senatorii Ordinis, ex Equeſtri verò Ordine 4. de Majori Provincia, 4. de minori, & 4. de Ducatu Lith. formato reſpondebit: hi Deputati Rotha Judicum Tribunalis Regni ſint jurati, & prima Electionis die Electi, 1632. f 7. 1674. f. 10. Cauſas Criminales & Civiles ſub illo Actu generali exortas cum Mareſchalcis utriusque Gentis jur tis judicabunt, *ibidem* 1632. f, 7.

Rex non coronabitur donec ab omnibus eligatur liberè, Herb: f. 148.

ArchiEpiſcopus Gneſnenſis eundem Electum Nominare & Coro-

nare & non alius debebit, Herb. f. 149. & 1550. f. 3. 1607. f. 867. reaſſumptum, 1736. f. 94. Mareſchalci novo electum denuntiare tenentur, *ibid.*

Cracoviæ coronandus, 1569. f, 174.

*R*ex pænas ſuper Nobilibus ſancitas nemini donabit, 1550. f. 4.

Sale Provincias providebit, *ibid.*

Qui per Eminentiam Juri Terreſtri non ſubjacet: ullo titulo bona obtinere non valet, 1631. ſed ratione Regalium liceat S. R. M. agere quæ ſunt avulſa, 1569. f. 186. 1578. f. 328. forum in Comitiis, 1598. f. 689.

Juramentum ſi violaverit nulla ei obedientia debetur, 1573. 1576. f. 250. 1588. f. 446. & ſi quid contra *Jus* & articulos fecerit, 1573. f. 257. Si non per errorem ſed voluntarie & per Contemptum *Jura* & Libertates opprimerentur, nec admonitionibus Primatialibus eſſet locus, 1567. f. 279. 1607. f. 864. & Trina admonitio Cavetur, 1609. f. 886. reaſſumptum, 1632. f. 16. 1699. f. 27. 1736. f. 69.

Dignitas Regia injuſtitiâ profanatur: Herb: f. 365.

Succeſſionem Throni nec proponere nec titulo hæredis uti debet 1576. f. 215. 1632. f. 11. domus itaque Regia ſucceſſionem ſibi Regni uſurpare non poteſt, 1607. 1609. 1631. 1662. 1667. 1670. 1699. f. 5. & 1736. f. 59.

Tempore belli amunitiones providebit & fines Regni defendet, 1576. f. 254.

Uxorem ducere, vel temere divortium curare ſine ſcitu Ordinum non debet, 1576. f. 378. 1632. f. 14.

Sigillô privatô in Cauſis publicis non utatur, 1576. f. 255. 1607. f. 835. 1632. f. 16. 1669. juret Rotha S. Henrici, 1576. f. 278.

Si quis ad regnandum aliquem tacite promoverit ſit per duellis, forum in Comitiis ex cujusvis Nobilis inſtantia, ſub abſentia verò S. R. M. forum in Tribunali; poſitio Citationis præcedat Terminum 6. 7mnis, relatio recognoſcatur & publicetur, proceſſus fiat juxta Conſt. 1588. de Crimine læſæ Majeſt: 1593. f. 635.

Bona Regalia liquidi juris Regii intelliguntur quæ in reviſione pro bonis Regalibus liberis ſunt adinventa; & ſuper quibus luſtrationes intercesſerunt, *v.* quæ ſunt onerata, 1598. f. 689.

Augu-

Auguſtus I. vivente Patre Sigis. I. coronatus, 7mô poſt Annô juramentum præſtitit, & 20. Anno Clavum Regni ſuſcepit, Herb. f. 145. in Volumine, 1550. f. 1.

Rex poſt ſui Electionem tenetur Pacta Conventa & leges noviter conditas primò per Plenipotentiarios, deinde per ſe comprobare, 156. 1573. 1574. 1576. 1587. 1633. 1649. 1670. 1676. 1697. 1736.

Rex & Regina Vocatione ſive Natione Catholici ſunto, 1669. f. 8. 1699. f. 5. & 1736. f. 54.

Circa diſtributionem Dignitatum *Juramenta* & ſubſcriptiones non uſurpet, 1669. f. 8. & 1736. f. 55.

Cives Regni inter quos Rex pacem & juſtitiam tuebitur debent fore juſti, pudici, modeſti & pacifici, 1369. Herb. f. 365.

Rex jura ſervet, nemini bona recipiet, & neminem captivabit niſi jure victum, Herb. f. 366.

Differentias inter ſpirituales & ſæculares componet. *ibid.*

Juramentum Regium & Pacta Conventa, prima die Comitiorum Clare legantur in præſentia Ordinum, & ſi in aliquo puncto exorbitatum fuerit Rex præcuſtodiatur, 1699. & 1736. f. 55.

Pro diſtribuendis Dignitatibus munera non acceptabit, & eaſdem Dignitates bene meritis Terrigenis Capacibus paritate *Juris* vigentibus & non minorennibus conferet, 1576. 1607. 1699.

In unam Domum bina Miniſteria pacis & belli non conferet, 1699. & 1736.

Capitaneatus exceptis finitimis & cum *Jurisdictione* plures quam duo, uni non conferet, 1736 f. 55.

Clenodiis Reipub. Rex non utatur, nec eisdem Theſaurarius ſine ſtatibus diſponet, 1697. 1699. & 1736.

ROMANI menſes ſex, Januarius, Martius, Majus, *Julius*, 7ber, November, reliqui Ordinariis Regni in diſtribuendis Spiritualium Canonicatibus & Præbendis reſervantur ſub S. Sigis. concordatũ, 1525.

SADURSCII à *Jurisdictione* Capitanei Kazimirienſis eximuntur & Terreſtri ac Caſtr: incorporantur, 1598. f. 701.

SALARIORUM in Maſovia binæ ſortes *Judici*, Subjudici, tertia, 1576. f. 298. Notario à Controverſiis Appell. & aliis circumſcribitur proventus, *ibid.*

Salari-

Salaria Officialium Terr: Sirad: teneantur, 1607. f. 852. reaſſumuntur pro parte Palat. Cracov. Łancicien: Ducat. Zator. Ter. Sochaczev: & exprimuntur, 1613. f. 16. & 1638. f. 46. Idem pro *Judicio* Terr: Lublinen: 1616. f. 18.

Salaria Judicii Terr: Camenecenſis ad Acta porrecta approbantur, 1611. f. 25.

In T. Goſtinenſi Salariorum 3. partes *Judici*, duæ verò Subjudici & Notario, 1635. f. 34. deinde duæ ſortes *Judici*, tertia Subjudici, Notario 5tus aſſis, 1638. f. 52.

Salaria ex Palat. Kijoviæ, Vołhyniæ & Braclav: ita prout in Regno in Tribunali Solvantur, 1635. f. 33. depactatio per Cancellarias prohibetur ſub pœna 100. Marc. 1601. f. 744.

SALVUS Conductus, propter inſecuritatem Vitæ Nobilibus & Plebeiis, caſu quocunque contingente extra Regnum ſeſe conferentibus, petentibus contra vim, non tamen à jure detur, Herb. f. 374. poſtquam publicetur robur habeat, Herb. f. 410.

Salis Conductus contra Dominos ſubditis ne dentur, *ibid.* Et Famulis, f. 375.

Salvo Conductu munitus non ex Carcere & Vinculis, ſed liberè Cauſam proponere & à Judicio recedere poteſt, donec per definitivam Succumbat, Herb. f. 643.

Sed ſi aliquis coram Rege *v.* Capitaneo de aliquo Crimine accuſatus fuerit, & ad oſtendendam innocentiã admiſsus non fuerit, exinde corã ArchiEpiſcopo Gneſnen: *v.* Epiſcopo Cracov ſive Caſtellano Cracov: vel Palatino Poſnan: proteſtabitur, itaque ipſi ſive alter eorũ Treugas ſive ſalvum Conductum ad 2. Menſes dabit, intra quod tempus Gratiam et Juſtitiam petat, Treugæ verò ſint ejusdem roboris prout ſalvus Conductus Regius, & ſi gratiam & *Juſtitiam* hoc tempore non invenerit, ad fines Regni remittatur per quos ſupra, Herb. f 35.

SCRUTATORES ſint jurati. 1550. f. 6.

Scrutinia in Cauſis Criminalibus in primis terminis Terreſtribus ſive Caſtren: expediantur, 1578 f. 328.

Scrutinia expediantur poſt præſtita *Juramenta* ſuper incorruptionem Teſtium, 1588. f. 463.

Non per ſubſtitutos excipiantur, ſed per ipſos *Judices*, inquirendo rei circumſtantias, Oculatorum Teſtium potior ratio habenda, Auriti minus valent, *ibid.*

In Cau-

In Cauſa Criminali ex una parte 12. Teſtes requiruntur. Nobiles ſub fide, Plebeii præſtito Juramento Teſtimonia deponant, *ibid.* Deinde in Criminalibus Nobiles ſint jurati Teſtes, 1667. f. 6.

Pro deponendo Teſtimonio Nobilis ſubditos, Magiſtratus Cives ſtatuere adſtringuntur ſub pæna, 100. Marc. 1588. f. 463.

Nobilis Citatus Teſtimonium deponere ſub ſimili pæna tenetur, ſed remotior poteſt deponere coram proximiori Judicio, in Terris verò Pruſſiæ, coram Civili Judicio, & tale Teſtimonium prout & Scrutinia in occluſo Rothulo partibus extradatur, *ibid.*

In Cauſa Criminali non ex interrogatoriorum punctis, ſed ex Circumſtantia facti recognitiones connotentur & Teſtes examinentur *ibidem.*

In Cauſis ratione fundorum in Terris Maſoviæ Conſangvinei, Patruus, Frater, Patruelis, Avuncularis, & Amittalis Sororinus & Filius adoptivus teſtari non poſſunt 1576. f. 300. Sed in Cauſa honoris admittantur, *ibid.*

Teſtes Pars Parti ſi non admiſerit, & id per Miniſterialem & Nobiles recognitum fuerit, cadit in Cauſa, *ibid.* In Except. Maſov.

Excommunicatus, etiamſi beneficium abſolutionis pars impendere ei denegaverit; ad Teſtimonium admittatur, Herb. f. 466.

In loco Campeſtri ſi pars teſtem inculpaverit; & 5. alii Teſtes ſimplici verbo: quod ſit idem ſextus poſſeſſionatus, & pro Nobili habetur, recognoverint; ex tunc per Judicium Campeſtre ad Juramentum cum Actore admittatur, reſervata cum inculpante Juridica Actione & Foro, Herb. f. 467. Etiam verò Conſangvineorum Teſtimonium ratum ſit, *ibid.* f. 466. Forma Juramenti Teſtium nè mutetur, *ibid.* f. 467.

SCOPULOS ſi quis disjecerit, à quolibet & Aciali 3. Marc. parti, ab aliis verò, ſive etiam à ſignis 6. ſcotos ſolvat. Sigism. Herb. f. 375. Et ſuis ſumptibus Succamerarium conducat ad renovandum ſub pæna 14. Marc. Idem cenſetur: ſi quis in alterius hæreditate ſcopulos vel ſigna fecerit. *ibid.* In Actu verò Commiſſoriali requiruntur 4. Commiſſarii quintus Succamerarius, ſex verò ſubditi Regalium Bonorũ non verò Tenutarius debent Ductum comprobare.

Scopulos 3. vel ſigna meliora quis oſtenderit; ad probationem admit-

mittatur deficientibûs verò partibûs utrisque in probationibus Actor cum Teſtibus admittatur, *ibidem*.

SENATORES 16. ex quibuslibet Comitiis ad latus Regium aſſignantur, ita ut unus Epiſcopus, unus Palatinus, & duo Caſtellani quolibet dimidio Anni reſideant, 1573. f. 254. ſub pæna 1000. Marc. & amiſſione Dignitatis, Spirituales verò ſub pæna 6000. Marc. 1607. f. 828. reducta hæc pæna ad 2000. Marc. 1609. f. 887. Sed Reſidentia intelligatur intra fines Regni *ibid.* legalibûs impedimentîs exceptîs, & ſub tempus Contractuum Palatinatûs diſpenſantur ad 4. Septimanas, 1641. f. 3. Sed hæc diſpenſatio abrogatur, ſola infirmitatis legalitas comprobanda reſervatur, 1669. Reaſſumptum. 1677. f. 33. & 1678. f. 25. & 1717. f. 66. & f. 11.

Senatores & Nuntii ne citentur usque poſt 2. Septimanas poſt Comitiola Relationum cautum 1674. f. 7. Et ſi quis eosdem condemnaverit; pænæ 1000. Marc. ex Regeſtro Senatorum ſubjacebit, 1678. f. 15.

In Palat. Kijoviæ dignitates poſſeſſionatis dentur, 1569. f. 167.

Senatores & Officiales in ſuis Palatinatibus ſeu Diſtrictibus ſint poſſeſſionati, exceptîs Palatinîs alibi poſſeſſionem habentibûs, 1562. f. 23. Reaſſumitur cum pæna 200. Marc. & nullitate Privilegii & Actuum ex cujusvis Inſtantia in omni Foro, 1563. f. 42. & 1613. f. 33. Idem de Capitaneis cum juriſdictione, *ibid.*

## ORDO SENATORUM.

ARCHIEPISCOPI.
Gnesnenſis
Lvovenſis
EPISCOPI
Cracovienſis
Cujaviæ
Vilnenſis alternata
Posnanienſis
Plocenſis
Varmienſis
Albencenſis alternata
Luceorienſis
Premislienſis
Samogitiæ
Culmenſis
Chełmenſis
Kijoviæ
Camenecen:
Vendenenſis
Smolenſciæ
Livoniæ
SÆCULARES.
CASTELLANUS Cracov:
PALATINUS Cracovien: alternata
Posnanienſis
Vilnenſis
Sandomirien:
CASTELLANUS Vilnen:
PALATINUS
Caliſienſis
Trocenſis
Siradienſis
CASTELLANUS Trocen:
PALATINUS Lancicien:
CAPITAN. Samogitiæ

PALATINUS
Breſten:
Kijoviæ
Junivladislav.
Ruſſiæ
Wołhyniæ
Podoliæ
Smolenſciæ
Lublinen.
Połocenſis
Bełzenſis
Novogrodenſis
Plocenſis
Vitebſcenſis
Maſoviæ
Podlachiæ
Ravenſis
Brzeſcianenſis
Culmenſis
Mſcisłavienſis
Malborienſis
Braclavienſis
Pomeraniæ
Minſcenſis
Vendenenſis
Parnavſcen:
Derpſcen.
Livoniæ
Czerniechoviæ

CASTELLANI
Majores
Posnanienſis
Sandomirien:
Caliſſienſis
Voinicenſis
Gneſenſis
Siradien.
Lancicien.
Samogitiæ
Breſtenſis
Kijoviæ
Junivladislav.
Lvovenſis
Wołhyniæ
Camenecen:
Smolenſciæ
Lublinenſis
Połocenſis
Bełzenſis
Novogrodenſis
Plocenſis
Vitebſcenſis
Czernenſis
Podlachiæ
Ravenſis
Brzeſcianen:
Culmenſis
Mſcisłavien:
Elbingeſis
Braclavien:
Gedanen:
Minſcenſis
Vendenenſis
Parnavſcenſis
Derpſcenſis
Livoniæ
Czerniechoviæ

MINISTRI
STATUS.
Mareſchalcꝰ Re:
Mareſchalcus M.
D. L.
Cancellarius Re:
Cancellarius M.
D. L.
Procancellarius
Regni
Procancellarius
M. D. L.
Theſaurariꝰ Re:
Theſaurarius M.
D. L.
Mareſchalcꝰ Cu-
riæ Regni
Mareſchalcꝰ Cu
riæ M. L.
Theſaurariꝰ Cu-
riæ Regni
Theſaurariꝰ Cu-
riæ M. D. L.

CASTELLANI
Minores
Sandecenſis
Mederecenſis
Viſlicenſis
Biecenſis
Rogoznenſis
Radomſcenſis
Zavichosten.
Landen.
Stemenenſis
Zarnovien.
Małogoſtenſis
Vielunenſis
Premiſlienſis
Chalicienſis
Sanocenſis
Chełmenſis
Dobrinen.
Połaniecen.
Premeten.
Krivinenſis
Czechovien.
Naklenſis
Roſpirien.
Biechovienſis
Bigdoſtien.
Brzezinen.
Crusviccen.
Osviecimen.
Camenecen.
Spicimirien.
Inovłoden.
Kovalien.
Sandocen.
Sochaczevien.
Varſavien.
Goſtinen.
Visnenſis
Raciąznenſis
Sierpicenſis
Vyſzſzogroden.
Ryppinenſis
Zakrocimenſis
Ciechanovien.
Livenſis
Słonimſcenſis
Lubaczovien.
Konarienſis Sira-
din.
Konarienſis Lan-
cicien.
Konarienſis Ku-
javiæ

Concluſiones Sententiarum in Senatûs Conſilio ſubſcriptas Senatus Cancellariæ tradet, 1607. f. 830 & 1641. f. 3.

Privata Conſilia tolluntur, deliberatoriæ verò ad Senatores dentur, 1669. Ingruentia tamen negotia per præſentem Senatum, non tamen ſtante pede, nec in materiis ſtatûs ſeu Decretorum Tribunalitiorum Everſionem aut ſuſpenſionem ſeu Theſauri diſpoſitionem, ſed in evidenti neceſſitate decidantur, 1717. f. 10. & 66.

SCULTETUS vel Cmetho ſi ſinè Culpa aufugerit, & ad quartã vocitationem non redierit, locetur per Dominum in locum ejus alius, Herb. f. 342.

SECURITAS Senatoribus, Nuntiis Terreſtribus, 4. Septimanis ante & poſt Comitia in omni loco proviſa, violator Criminis læſæ Majeſtatis judicabitur eſſe reus. Sigism: 1510. Herb. f. 280. Forum in Tribunali ex Termino tacto prævia relatione, ubi Crimen patratum, recognoſcenda. Idem Cenſetur de Commiſſariis, Deputatis, Nuntiis ex Comitiis, & de ſecuritate Comitiorum, 1667. f. 6.

SPIRITUALES pro bonis Terreſtribus hæreditaris, Injuriis, limitibus, Cmethonibus, cæde, vulneribus, in Judicio Terreſtri, reſpondeant Herb. f. 415. & in Tribunali reſpondeant, 1607. f. 833. Et ejusmodi Cauſæ in Tribunali per 6. Spirituales & omnes pro tunc Sæculares Judices decidantur, ſecus ſi proceſus Tranſactionem ratione hæreditatis per Spiritualem quæſitæ factam præceſſerit, intelligendum eſt, *ibid.* Item reſpondeant ratione realium injuriarũ Civilium & granitialium in Judicio Terreſtri, 1635. f. 10.

Plebanus ad Cauſam granitierum non ſpectat, 1607. f. 833.

Appellationes inter Spirituales & Sæculares intra Regnum decidantur, *ibidem* f. 835. & 1635. f. 9.

Spiritulis ſi ſe condemnare permiſerit, Loci Ordinarius ſuper bonis ejus faciat executionem. 1635. f. 10.

Rectores Eccleſiarũ à Sacramentis pecunias non exigant, Herb. f. 414.

Sæculares per Spirituales ratione debitorum & in Civilibus Cauſis ad judicium Spirituale non evocentur, niſi ſit Cauſá Spiritualis Fori, vel debitum decimale, Herb. f. 152.

Sæcularis Sæcularem, ad Jus Spirituale pro re Fori Sæcularis conveniens, vel Spirituali actionem transfundens, pœnâ duplici 14. Marc. in Officio Caſtren: puniatur, Herb. f. 153.

STE-

STERILES libere bonis diſponant & omnia bona ſua hæreditaria poſſunt alienare juxta voluntatem ſuam. Sigism. 1511. Herb. in fine. Lex quidem reperitur; ſed præjudicata ex re totalis alienationis ſubſtantiæ contraria ſunt

SYLVAS Petricovienſes& Lublineſes Judices Deputati non excidant. Capitaneis defenſio præcomiſſa, 1601. f. 749.

In ſylvis Palatinatûs Lublinenſis non tantùm ſecurim, ſed & boves ſive Equos & Currum ex bonis Terreſtribus ſequeſtrare liceat *ibid*, f. 756.

Similiter in Sylvis Podlachiæ & Rozanenſibus, 1607, f. 849.

Et in Makovienſibus & itidem Rozanenſibus, 1611. f, 20.

Diſtr. Opoczynenſi & Terræ Cernenſi Conſtitutio Palatinatui Lublinenſi ſancita reaſumitur, 1631. f. 40.

In Podlachia damna paſſus Miniſteriali & Nobilibus commonſtret. Cuſtos verò ſylvarum jurabit, quòd non in via ſequeſtravit, 1613. f. 26. Idem pro parte Terr. Viſnenſis, Ciechanovienſis, Łomzynenſis & Nurenſis ſancitum, *ibidem*.

Idem Terra Livenſis ſuſcepit, 1635. f. 43.

Similis Conſtitutio Terr. Wyſzſzogrodenſi, Goſtinenſi, Sochaczevienſi, prout Palatinatui Lublinenſi Anno 1601. ſancita erat, conceditur, 1647. f. 32.

Similis Palatinatibus Sandomirienſi, Plocenſi, Vołhyniæ, Mazoviæ, Terris Pruſſiæ & Chełmenſi, 1676, f. 78.

In Terris Maſoviæ Sylvæ in bonis Regalibus ſine conſenſu Regio non excidantur ſub pæna Mille Marcarum, forum poſt Curiam, 1647. f. 29.

In Samogitia verò ad uſum ſunt Sylvæ conceſſæ, 1607. 1611. 1638. & Commiſſarii ſunt deſignati, ſed ſylvæ aliàs puſzcze excipiuntur in quibus Rex venationes facit, 1647. f. 20.

Nemo ad ſylvam ſuam per bona alterius porcos poteſt pellere, niſi viâ, & ſi porcos pro educatione ad ſylvam per intermedia alterius bona pellere voluerit, ex tunc Dominus Villæ prius ex utraq; parte viæ ad 30 Ulnas glandes ſuas depaſcat. Herb. f 399.

Præventus in Sylva interceptione ſecuris tantùm pignorabatur, quia verò ſunt Arbores magni valoris, ut eſt taxus, aliàs Cis, & aliæ, & pi-

& pignora debent præcellere res, proinde ſi tales arbores & illis ſimiles aliquis inciderit, capiatur ad fidejuſſionem, Idem de Gais ubi paucæ ſunt ſylvæ. Vlad. Iag. Herb. f. 400.

Sylvam caumate, aliàs pożarem, comburentes, ſicut incendiarij judicentur, ſi Cmetho id fecerit, & non habet unde ſalvat, redimat vitã ſaltim 10. Marcis, ſicut pro Capite plebeii. Idem. *ibidem*.

Quercum qui inciderit ad Axem valentem *v.* minorem, *v.* aliis Lignis currum impleverit invito Domino, pænam piętnadzieſta ſolvat, pro qualibet verò arbore fructifera ſeu pomifera 12. groſſos cum pæna Piętnadzieſta. Caſimirus, Herb. f. 359.

Si quis in alterius ſylva ligna inciderit, primò in ſecuri, 2do in pallio *v.* Tunica, tertiò in bobus *v.* equis, ſive uno, ſine pæna damnũ patiatur, ſigno in arbore inciſo, & ſi quis furtive quercus exciderit, pro qualibet 6. Scotos, & ſi tres, tres fertones cum tribus Marcis pro pæna & alias 3. *Judicio* ſolvat, & ſi tantum propagines vel plantas minutas exciderit, 4. Scotos dabit, idem tenendum de Quercubus circa aquas, pro quercubus verò Mericarum, vulgò Dąbrowa, duos ſeotos excidens ſolvat, ſi autem propagines inciderit, pignus recipiatur, & ſi arborem cum apibus ſucciderit Marcam, & *Judicio* alteram, ad apes verò àptam per medium, Herb. f. 360

SUBDITUM qui vindicat; non debet poni major taxa in Citatione quam 500, Marc. ſub nullitate totius actus, extradatur verò in proprio Diſtrictu, 1588. f. 489. Reaſſumptum & taxa in caſu non extraditionis in dubium non vocetur, 1613. f. 22.

In Palat. Kijoviæ, Wołchyniæ, Braclavien. inter ſe & Civitates ac Capitaneos Forum in Caſtro, terminus peremptorius, Citato evaſio, vel Actori damnorum Comprobatio, 1578 f. 337. Capitaneus tamen Braclavien. ad vicinius Caſtrum conveniatur, 1581 376.

In Palat verò Braclavien. ipſimet Tenutarii reſpondeant & evadant, non eorum Officiales, 1613. f. 35.

Eorundem Palatinatuum cum Palat. Ruſſiæ, Podoliæ, Bełzen. ratione ſubditorum ſimile forum, terminus perempt. Extraditio aut taxæ in Citatione expreſſæ ſolutio, ſeu Citato evaſio, præſcriptio vero 3. annorum, ratione verò, fundorum, Forum in Terreſtri *Judicio*, 1578. f. 338.

In Palat. Volhyniæ præſcriptio Anno & 6. Septimanis, *ibid.*

In Li-

In Livonia 3. Annorum & totidem Menſium, 1607. f. 843.

Ratione Subditorũ de Polonia ad Terras Pruſſiæ profugorũ, forũ coram Palatino vel VicePalatino, terminus peremptorius, extraditio luita pæna 100. Marc. parti & Judicio per medium ſub ſimili pœna ſinè appellat. & dilatione, Palatinus verò executionem faciat ſub pæna 1000. Marc. forum poſt Curiam, 1567. f 135.

Ratione ſubditorum de Terris Pruſſiæ ad Capitaneatus in Polonia profugorum, forum Caſtrenſe Capitanei ſequantur, *ibid.*

Tenutarii Bonorum Regalium & Cives in Terris Pruſſiæ ſub pæna 1000. aureorum profugos extradant, Cives poſt Curiam, Tenutarii in Tribunali reſpondeant perempt. 1609. f. 896. Ratione tamẽ ſubditorum profugorum Incolæ Terrarum Pruſſiæ non directè ad Tribunal. ſed ad Judicium Terreſtre vel Caſtrenſe agant. 1641. f. 34. Inter Pruſſiam & Palat. Maſoviæ & Podlachiæ profugi pro una vice extradi debebantur ſub pæna 500. Marc. 1616. f. 30. Et qui alienum ſubditum ſinè literis ſuſcipit, Forum Caſtren: ſequatur & pænam 500. Marc luat perempt. ſinè appellatione, *ibid.*

Ratione ſubditorum Nativorum & famulorum in Palat. Maſoviæ Forum perempt. in Caſtro ſinè appellat. & qui ſinè literis ſuſcipit, pæna 100. Marc. & refuſio damnorum, 1576. f. 314. Tandem declaratur: ut ſubditi à morte S. Regis Aug. profugi intra limites Terrarum Maſoviæ eo modo repetantur, prout in Regno, ſalva appellat. 1578. f. 336. Forum tamen in Caſtro ſine appellat. & pæna 100. Marc. 1631. f. 12. Hanc Conſt. 1631. Palat. Plocenſis ſuſcepit 1638. f. 40.

Profugi ad Palatinatum Smolenſciæ in Caſtro proximiori repetantur. 1611. f. 44. Deinde vindicentur in Officio Caſtren. Smolenſciæ & Staroduboviensi, & in primo termino poſt deductionem proprietatis ſubſequatur extraditio tam de Regalibus quàm & Terreſtrib9 Bonis ſalva evaſione: prout Citatio & areſtum non prævenit, ex bonis Regalibus per Oeconomũ, ex Terreſtribus & Fæudalibus per ipſosmet Poſſeſſores præſtanda, 1635 f. 19. Reaſsũptũ: taxa verò 500. Marc. conſtituta cum Civibus Regalibus, forum in Prætorio ſalva appellat. poſt Curiam & Salva evaſione, 1638. f. 41. Hanc Conſt: Palat. Czerniechoviæ ſuſcepit. 1641. f. 34. Sed Palatinatus alios non afficit *ibid.* f. 16.

Subdi-

Subditi Palat Vothyniæ, Betzenſis, Sandomirien. Podoliæ, Lublinen: Podlachiæ, Braclavien. de Bonis Regalibus & Terreſtribus ſub pæna Bannit: extradantur, in ſecundo verò termino cum taxa 1000. Marc. ratione non extraditionis aucta ſinè appellatione, 1661. f. 12. Sub tempus verò revolutionis de Palat. Podoliæ profugi præſcriptione non oſtante ſub taxa 1000. Marc. in proprio Diſtrictu repetenda extradantur, & ad vicinos Palatinatus non ſuſcipiantur, forum omnibus Bonis Tribunal Regni, Regeſtrum Militarium ſub eadem taxa 1000. Marc. ſub pæna Bannit. ſolvenda, 1699. f. 53.

Superiorem Conſt. 1661. Palat. Kijoviæ ſuſcepit, primæ Condemnationis executio per Miniſterialem & 2. Nobiles, ſubſequentis verò proceſſus per Officium competens fiat taxa, 500. flor. non excedat, 1683. f. 14. Hanc Conſt. 1661. Terra Chełmenſis & Diſtrictus Craſnoſtavien. ſuſcepit, non obſtantibus prioribus & poſterioribus Conſt. 1677. f. 16.

Inter Incolas Terræ Chalicienſis cum Ejus Diſtriſtibus proceſſus ratione ſubditorum declaratur in Judicio Terr. in primo termino ſubditus coram Offic. Caſtren: proprii Diſtrictûs in 4. Septimanis ſub taxa 1000. flor. extradatur, ſalva evaſione de non exſtentia in quærellis præſtanda, in quibus ſi Citatus non juraverit, decernatur ibidē extraditio vel Solutio taxæ ſub pæna Bannit. in proximis publicanda, in Iudicio verò Terreſtri lucrum Extraditionis cum pæna 1000. flor. ab Actu in 4. poſt executionem verò in quærellis hoc modo decernatur extraditio; ſubditi in inſtanti cum taxa 1000. floren. Decreto Terreſtri evicta ſub pæna B. ſinè appellat. Capitanei verò ſinè Decretis Tribunalitiis etiam mota Nobilitate ſub pæna 1000. Marc. executionem faciant, de ignorantia prævia approbatione in 4. Septimanis agendi reſervatur Via, & Judicato pareant ſub duplici taxa. Capitanei verò poſt proceſſum Terr. in viciniori Caſtro reſpondeant, & ſi in termino Executionis intervenerit impugnatio, ex tunc Actio remittatur ad Tribunal Lublinen. & ex ſimplici Regeſtro judicetur, & ſi ſe permiſerit condemnare, amplius ei beneficia ſuffragari non poſſunt, 1667. f. 16. Hanc Conſt. & Terræ Lvoven. & Chełmen. ſuſceperunt, *ibid.* Suſcepit quoque & Palat Cracovien. Si tamen Judicia Terreſtria non celebrabuntur, datur optio actori, Conveniendi

Citatum

Citatum ad Officium Caſtrenſe, in primo termino lucrum extraditionis ſubditi ſub taxa 1000. Marc. in 4. in ſecundo decernitur extraditio cum eadem taxa in inſtanti, 1678. f. 35.

Subditi Bonorum Terr. ad Bona Regalia Łomzynenſia, & Oſtrołęſcenſia profugi extradantur, 1667. f. 31.

Subditi de Lithvania ad Regnum profugi in Tribunali vindicentur peremptoriè, 1659. f. 13. Sinè beneficio Areſti & dilationibus ſub pæna B. 1661. f. 12 Et ex Bonis Regalibus forum in Tribunali ex quovis Regeſtro, 1683. f. 10. In M. verò D. L. in primo termino ſub pæna Bannit. in ſecundo cum taxa 1000 Marc. ex bonis Terr. & Regalibus extradantur. Forum in Caſtro ſinè appell. 1661. f. 12 & 1667. f. 69. Reaſſumuntur, & poſt ejuſmodi Decreta Bannitiones per Cancellarium ſive Procancellarium extradantur, 1683. f. 16. Et ex Civitate Vilnenſi & aliis, non obſtante geſti Magiſtratûs prærogativa & præſcriptione, ſubditi extradantur, 1641. & 1683. f. 16. Et reaſſumuntur Conſt. 1601. 1667. 1671. 1683. cum refuſione damnorum, & ubi per præſcriptiones Terr. ſubditus moratur & ulterius movetur, primus Poſſeſſor ejus propior excepto hæreditario Dñino. 1685. f. 7.

Subditi Oeconomiæ Samborienſis niſi Juriſdictioni Arcis & Judiciorum Sæ. Ræ. M. ſubjaceant, exceptis Cauſis Fiſci & Violatæ Securitatis ac profugorum, 1677. f. 32.

SUMMARII in Cauſis Juris in Tribunali in primo termino conſcribantur, parti communicentur & per Mareſchalcum Tribunalis partibus ſubſcribantur, 1726. f. 44.

SUSPENSIONES Reſidentibus ad latus Regium 6. Septimanis anticipando terminum Reſidentiæ & poſt determinationem ejusdem concedantur, in omni foro cum Conſervatione termini, 1641. f. 3.

Nutiis à termino Comitiolorum ante Comitialium ad duas Septimanas poſt Comitiola relationum ſimiliter, 1659. f. 5.

Nec non Nuntiis ad Extraneos Commiſſariis & Reſidentibus ſub nullitate proceſſûs ſuper ipſis & Conſortibus eorum obtenti, & reaſſumuntur Conſt. 1640. 1654. 1655. 1658. Anno 1661. f 29.

Juramenta in Cauſis Suſpenſionum abrogantur, 1667 f. 13.

Et qui ſuſpenſione utitur, probet atteſtatione Mareſchalci exiſtentiam ſui in Comitiis 1677. f. 11. Si verò pars Senatori & Reſidenti

Atteſta-

Atteſtatione Mareſchalci Regni, Nuncio atteſtatione Mareſchalci Comitiorū, Commiſſario Mareſchalci Tribunalis Radomienſis quod neq; in inchoatione, neq; in determinatione præſens fuerat deducet, extunc ante omnia pæna 1000. Marc. parti, Judicio verò per medium pro abuſu beneficii legis & injuria partis puniatur, & Conſt. 1659. 1661. 1662. f. 11. reaſſumuntur 1726. f 45. Idem de Nuntiis ab exercitu pro Comitiis & de Dilationibus Exemptus, *ibid.*

SUCCAMERARIUS propria in Cauſa viciniorem Succamerarium ſeu Officialem *Judicialem* ejuſdem Terræ poteſt conducere, qui ſubſcriptis innoteſcentiis condeſcendere tenetur ſub pænis de Commiſſariis, 1601. f. 737.

Succamerarii in ante non erant jurati, tantùm Camerarii eorum, qui debent eſſe & poſſeſſionati, 1569. f. 191. Tandem ſunt eligendi & jurati, 1588. f. 460.

In Palat. Maſoviæ debent Viſiones granitierum inter partes expedire, Controverſias & deductiones ad Judicium Terreſtre referre decidendas, Acta ſua non habeant, in Cauſa verò granitierum appellatio conceſſa, 1576. f 312.

Succamerario Sandomirien. Notarius poſſeſſionatus & juratus conceſſus, 1631. f. 35. Et eidem Camerarii Actus granitiales in 6. Septimanis porrigant, cui proventus Succamerarialis Telonei Sandomirienſis ceſſit, *ibid.* f. 36 Palat. Cracovien. hunc modum ſuſcepit, *ibid.* Et Palat. Siradienſi conſtituendi Notarii, Camerarii verò in quolibet Diſtrictu acceptat, 1677. f. 12.

Terrarum Pruſſiæ Succamerarii nullam habent *Jurisdictionem*, 1601. f. 740.

In Palat. Kijoviæ duo Camerarii conſtituti, circa quos & Notariū Terr. Kijovien. in abſentia Judicii Terr. juxta Cadentiā poſitio Actorū per duas Septimanas fiat, viſiones, executiones; Inquiſitiones quæ judicio Terreſtri competunt expediant, Cauſas exemptionum & profugorum judicent, 1647. f. 17.

Collaterales ad *Judicium* Terr: ſunt adcitandi, nè in campo impediant. Herb, f. 437. In Secundo termino in lucro Actoratus condemnabuntur, & *Judicium* Terr. remittet Cauſam ad Campum & partibus vi ejusmodi proceſſus Succamerarius extradet Innoteſciales,

tiales, *ibid.* Condemnatus verò in Judicio Terreſtri non admittatur in Campo ad Controverſias, ſed Actoris Arbitrio ductioni & juramento ſtandum eſt, ſemper verò in ultimo ſcopulo pars ductum lucrans, quòd videlicet nihil Terræ & hæreditatis ademit, & ab eo alienavit juramentum præſtare tenetur, & etiam in Contumaciam partis juxta ductionem Actoris, Succamerarii granities faciant, Herb. f. 439.

Dilationes in Campo admittantur veræ infirmitatis & pro majori, *ibidem.*

Succamerarii Actus ſuos ad Acta Terr. porrigant, Herb. f. 441.

Succamerario injuſtè moto 6. Marcæ, Camerario verò 6. ſcoti ſolvantur, *ibid.*

SALIS Bochnenſis & Vielicenſis liber uſus & venditio omnib9 conceſſa, ſed extranei uſus prohibitus ſub pœna 14. Marc. Herb. f. 388. Salis Extranei & Grandinoſi quoniam uſus prohibitus, ideo venditio Bidgoſtiæ conceſſa Tonnæ per Marc. pro commodo Nobilium, ſed in defectu ejuſdem ematur ſal extraneus, Conductus verò Bidgoſtiam publicetur, poſt publicationem verò expiratis 6. 7mnis nemo extraneo ſale utatur ſub Confiſcatione & pœna 14. Marc. Diſtrictus verò Kcynenſis & Naclenſis vulgo Pałuczanie & Krainianie utantur ſale ruthenico Cracovienſi eodem pretio, 1520. Herb. f. 390. ut verò juſto pondere & pretio vendatur Palatini provideant, 1511. 1532. 1550. Herb. f. 390. & 391. In defectu ſalis Ruſſiæ ematur extraneus, 1562. f. 29. & 1567. f. 131. 1569. f. 189. Reaſſumitur Palat. Cujaviæ ſub pœna 500. Marc. in Officio Caſtr. repetenda etiam extra Palat. ſinè appell. 1616. f. 32. hæc verò reaſumitur Palat. Majoris Poloniæ ſed pœna 1000. Marc. aucta, & Privilegia Torunenſibus & Nieſzav. collata caſſantur, 1632. f. 12. & 1627. f. 13.

Salis Extranei liceat Nobilibus ſuper ſcapham unius Tonnæ pro ſufficientia hominum habere, 1550. f. 6.

Sale totum Regnum Rex provideat, *ibid.* f. 4.

Pro Commodo Palat. Majoris Poloniæ tantùm Bidgoſtiæ ſal extradatur Tonna per 1. flor. 1565. 105. & Dyboviæ, 1568. f. 131. & 1576. f. 293. 1589. f. 522. & 1598 f. 691. Zupparius Ruſſiæ eundem ſalem conducet juxta ſtatutum, 1520. ſub pœna 1000. Marc. ex inſtant-

Nuntiorũ eorundẽ Palatinatuũ in reparationẽ Caſtri Caliſs. convertenda, Tonna ſolvatur per 1. Marcam, 1576. f. 293. reaſſumitur, 1616. f. 13. 1100. Tonnas pro quibuslibet feſtis S. Pentecoſt: conducat, cũ additamento vulgò z doſypką, ſub privatione ſalvo legali, 1589. f. 522. Si quid ſuperfuerit, liberè vendatur, diſtribuendũ verò eſt per unũ quartuale Anni, Tonna 1. flor. reducta, *ibid.* Reaſſumitur ſed pænalitas per Zupparium Bidgoſt. & Nuntios erat in ante repetenda in Comitiis 1598. f 691. forum mutatur inter Cauſas fiſci in Tribunali deſignatum 1607. f. 844. deinde poſt Curiam 1609. f. 905. Tandem per Palatinatus cum Theſaurario pro illo tempore & Zuppario Ruſſiæ concordatum eſt, quòd non derogando Juribus ſupráſcriptis approbatur. Idem de Palat: Cujaviæ et T. Dobrinenſi 1623. f. 11. in defectu ſalis Ruſſiæ, liber uſus salis Cracov: Palat: Majoris Poloniæ conceditur, mediante juramento per factores præſtando, quòd non ad revendendum ducitur, 1569. f. 189. & 1631. f. 23.

AD DUCATUM MASOVIÆ ſal extraneus ne advehatur, ſub confisc: & pæna 14. Marc. ſed Domus Nobilium non revideantur, 1576. f 312. Idem Terr. Łomzyn. Viſnenſi & Rozanen. ſub pæna 14. Marc. in Caſtro vindicanda. Salis verò Cracov. Zuppa Łomzæ & in Rozanna juxta Conſt. 1581. approbatur, & Zupparius obligatur in ibidem conducere quotannis 1000. Tonnas Vielicenſis ſalis, & 500. Bochnenſis, vendatur verò Tenna flor. 3. & gros. 3. diſtribuendo duas Vielicenſes & tertiam Bochnen. per 4. Septimanas à publicatione. 1589. f. 521. Vendatur etiam hominibus Mercatorum, ſed grandinoſum illuc non advehatur ſub pæna 14. Marc. in foro Caſtr. repetenda *ibid.* Et cum Varſaviam advenerit publicetur & Nobilibus per 27. gros. Tonna, binæ videlicet Vielicenſes & tertia Bochnenſis vendatur, in Zakrocim verò per 76. groſs. Terræ verò Nurenſi in Kamieniec Zuppa 1000. Tonnarũm Vielicen. 500. verò Bochnen. Salis deſignatur; 88. groſs. vendatur Vicezupparii ſint jurati juxta Conſt. 1589. pæna in Contravenientes 100 Marc. in Tribunali repetenda 1607. f. 847. TT. Czernen. Łomzinen. Ciechanov. Nurſcen. Circa hanc Conſt. 1607. ſine tamen. damno proventûs Regalis conſervantur. 1736. f. 62 Sed ad ſolũ locũ Rozanna conducantur,

tur,

tur, 1500. Tonnæ Salis, pretium & tempus diſtributionis ut ſupra, 1609. f. 897. Pretium deinde tantum Incolis Łomzinen. per 86. groſſos, 1611. f. 20. Reaſſumitur Conſt. 1589. Palatinatui Maſoviæ ſerviens Terris SOCHACZEVIENSI & WISZSZOGRODIENSI approbata, 1616. f. 32. Salis itaque Cracovienſis depoſitorium reſpectu Terræ Sochaczev. deſignatur in Kamionna in Capitaneatu Wiſzſzogrod: 1607. f. 855. & ſal ad ibidem conducatur ſub pænis pro re Palat. Majoris Poloniæ Sancitis 1609. f. 904. & Zuppa pro Commodo Terræ Wiſzogrodis, ibidem exstruatur, & 4000. Tonnarum conducantur eodem pretio quo Palatinatui Plocenſi, 1611. f. 28. Terræ itaque Sochaczevienſi & Zakrocimenſi Zupparius Ravenſis ſalem provideat & Securitas cavetur ut in Congreſſibus publicis 1638. f. 38. Notario zuppæ Zakrocimenſis.

Adminiſtratores verò zuppæ Dobiegniev. diſtributori Palat. Lancicienſis ſalem provideant, 1631. f. 29. reſpectu verò parvæ quantitatis ſalis pro re Palat. Lancicenſis prætenſio in receſſu, 1678. f. 35.

Repetitio Salis Palat. Maſoviæ, Lancicien. Podlachiæ & Raven. juxta antiquas Leges cauta. 1627. f. 13.

Sal Cracov. juſto pondere & pretio vendatur ſub pæna 100. Marc. 1587. f. 378. forum poſt Curiam, ſal centenariatum Nobilibus vendatur ſub eadem pæna, forum in Comitiis, 1598. f. 692 deinde ſub pæna diminuta 50. Marc. Bałwan flor. 4. groſſis 4. Nobilibus vendatur, 1601. f. 758. reaſſumitur Palat. Cracov. Sandomirienſi & aliis, pæna verò 1000. Marc. conſtituitur, & tantum in Bochnia & Vieliczka vendatur Nobilibus per flor. 4. grandinoſum verò juxta conſvetudinem, 1621. f. 11. de ſale Dobiegnievienſi pro re Palat. Lancicienſis idem cenſendum *ibid.* & Diſtributori quem elegerint diſpoſitio detur, 1631. f. 29. P. Sandomir: Gleba ſalis flo. 4. gro: 4. vendatur ſub. pæna 1000. Marc. forum poſt Curiam, 1647. f. 13.

Zuppa in Dobrzyn: Salis Ruſſiæ, 1576. f. 293 in quantitate, 2000. Tonnarum, 1598. f. 691. ſub pæna 200. Marc. inter Cauſas fiſci repetenda ex Zuppario Ruſſiæ, 1607. f. 844.

Libera defluitatio Salis cavetur ſub pæna 500. Marc. in Tribunali repetenda 1598. f. 691. Menſura debet eſſe juſta, & avena ab ementibus per Zupparium Ruſſiæ non emungatur ſub pæna 100. Marc. in *Judicio* Terr. repetenda, 1588. f. 489.

Palat. Lublinen. Zuppa in *Puławy*, 1633. f. 63.

T. Goſtinenſi Salem Zupparius Plocenſis ſuppeditabit, 1581. f. 373 tandem in Suchodole Zuppa conſtituitur, & ita vendatur prout Palat. Plocenſi, 1598. f. 706. Salem eidem Terræ Zupparius Ravenſis provideat, Securitas ac Congreſſibus publicis ſancita cavetur, 1638. f. 38.

DUCAT. OSVIECIMENSI & ZATOR. Conſt. 1601. ut flor. 4. gr. 4. pro neceſſitate propria ſal non lutoſum ſub pæna 1000. flor. poſt Curiam repetenda, grandinoſum verò aliis Palat. vendatur, reaſſumitur; Idem de ſale Dobiegnievienſi, 1647. f. 13.

Palat. Siradienſi & T. Vielunenſi juxta Conſt. 1601. Sal extradatur, 1647. f. 13.

Palat. Breſtenſi & Junivlad. conducatur Sal ſub pæna Palat. Majoris Poloniæ Sancita, & omnes Conſt. eisdem Palatinatibus inſervientes eisdem reaſſumuntur Palat. Cujaviæ, 1601. f. 753.

Palat. Ravenſi & Terris adjacentibus Zuppa in Pieczyska, 1611. f. 38. Zupparius ibidem ſit poſſeſſionatus *ibid.* reaſſumitur. Qantitas Salis 3000. Tonnarum Vicezupparius ſit etiam poſſeſſionatus ſub pæna 100. Marc. poſt Curiam ex cujusvis Inſtantia repetenda, 1623. f. 12.

Palat. Podlachiæ depoſitorium in Drochiczyno ſub pænis Palat. Maſoviæ declaratis, 1613. f. 23. & ſecunda Zuppa in Niwice Tonna 100. groſſis vendatur in ea quantitate prout quis expoſcet, 1616. f. 32. Et in Nur Zuppa conſtituitur, & Salis 1000. Tonnæ ibidẽ conducantur per flor. 4. ſolvendæ, 1623. f. 13. In Skarſzewo Zuppa conſtituitur, Tonna flor. 2. gro 10. vendatur, 1631. f. 25.

In Bełz. Zuppa approbatur 1565. f. 114. In qua niſi Sal Drochobicenſis vendatur. 1616. f. 32

Gedanenſibus Salis coctio prohibita, 1563. f. 42. ſub pæna 100. Marc. in omni foro luenda, 1569. f. 189.

Salaria vulgò Jurgielty ſuper ſale Bidgoſtien. nemini dentur, 1576. f. 293. & 1627. f. 13.

Ad Stęzyca Sal juxta Conſvetudinem conducatur, 1589. f. 522.

Generale tandem pro re omnium Palatinatuum ſancitum, ut ſal pro tempore Vernali in quantitate Lege diſpoſita conducatur ſinè extorſione ultra antiquam taxam gleba Salis flor. 4. in Bochnia & Wieliczka Incolis Regni Tonna flor. 6. vendatur. Palat. verò Sandomirienſi pro quolibet prædio Salis ſimplicis duæ glebæ per flor. 4.

gro.

gro. 4. & Tonnæ eodem pretio quotannis diſtribuantur, eoque fine *Juramenta* per Vladarios ſuper quantitatem prædiorũ coram Officiis Caſtren. ſubſequi & ad Zuppas remitti debuerant, pæna ſuper adminiſtratore Zupparum, 3000. Marc. forum poſt. Curiam. Palatinatui verò Lublinen. 1500. Tonnæ quotannis diſtribuantur, Tonna flor. 4. ſolvatur, retentum verò ſalem Zupparius extradat ſub pæna 3000. Marc. Palat. Poſnanien. Caliſſien. Cujaviæ, Siradien. Terra Vielunen. circa antiquas Leges conſervantur, 1654. f. 10. Adminiſtratores itaquè Theſauri Salem Palatinatibus extradant ſub pænis, 1654. ſancitis ad inſtantiam Palatinatûs vel Diſtrictûs in Tribunali irrogandis ex Regeſtro Fiſci, 1669. f. 22. Reaſſumitur, 1674. f. 25. Idem cautum Pact. Convent S. Auguſt: 3. & Conſt: 1654. reaſſumitur.

Sal de Valachia ad Regnum non advehatur ſub amiſſione, 1638. f. 38.

Cives Vielicen. Salem liberè vendant Cracoviæ, Bochnenſes ad Maſoviam, Ruſſiam, Syleſiam, Lithvaniam & circa Lublinũ, tum ad Emporium Cracovien. propter piſtores & vectores ad Hungaros vendant, Hungari quoquè ſalem eundem non revendant in limitibus Regni ſub Confiscat. Herb. f. 385.

Recompenſa Lubomierskiemu pro Cunegunda juxta Conſt. 1726. Pact. Convent. S. Auguſti 3. ſpondetur.

Ex ſubjectis Zuppis vulgò z Gornikow exceſſivis & Theſaurum damnificantibus Succamerarii & Zupparii Officium juſtitiam Miniſtret. 1609. f. 904.

Zupparii ſint Nobiles & Chriſtianæ fidei, 1616. f. 14.

SCYTHIS *Jura* (quorum farrago multa) approbantur, cum Nobilibus coæquantur, 1678. f. 20 Expeditioni bellicæ ſubſunt, 1683. f. 1. Et Conſt. 1607. 1611. 1628. 1632. 1670. 1673. 1678. reaſſumuntur. 1717. f. 21. Et non obſtantibus Laudis privatis, 1726. f. 39. & 1736. f. 118.

TERMINUS Facionatus niſi ſuper re furata extenditur, 1578. f. 336.

In Palat. Maſoviæ & Podlachiæ abrogatur, Forum in tali paſſu Officium Caſtren. proceſſus tali modo: primò contumax, ſecundò lucrum-

crum, in vim lucri ſatisfactio & refuſio damnorum ſub pæna Infamiæ poſitio Citationis præcedat terminum 2. Septimanîs, & ſi calumnia apparuerit; pæna Talionis decernatur, 1613. f. 18.

Officiales Caſtren. Petricovien. & Lublinen. terminô tactô ad Tribunal in Cauſis Officii non conveniantur, ſed proceſſu ordinario, 1635. f. 34.

Nullus poſſeſſionatus terminô tactô conveniatur juxta ſtatutum, 1540. Sancitum 1550. f. 5. Poſteriora Sancita vide tit. *Judicia* paragraphô Securitas.

TESTAMENTUM non de immobilibus & hæreditariis bonis ſed de mobilibus & Regalibus condatur, aliter factum ſit nullum, 1510. 1519. Herb. f. 465.

Teſtamentum eſt Cauſa utriusque Juris, ſi Eccleſiæ aliquid legatum fuerit, 1543. Herb. f. *ibid.*

Bona Terr. & Civitatenſia per teſtamenta non alienentur non obſtantibûs Decretîs, forũ in Tribunali ex Regeſtro mixti Fori. 1676. f. 46. Reaſſumptum Civibus Forum in Prætorio cum appellat. poſt Curiam. 1677. f. 13.

Teloneum qui non habent, ſeu amittunt literas ſuper Telonea diu poſſeſſa, quærant gratiam S. R. M. Herb. f. 250.

Teloneum Novodvorſcenſe, Tarnovien. Zgierſcen. Rynarzevien. & Dybovien. cognoſcatur in Comitiis, 1598. f. 688.

Telonea juxta inſtructuarium exigantur ſub pæna 100 Marc. forum Tribunal. *ibidem.* & 1601. f. 735. Aucta pænalitas ad 500. Marc. 1616. f. 14.

Teloneatores ſint Nobiles & Chriſtianæ fidei. 1616. f. 14. Et non Judæi Herb. f. 225. & 1647. f. 1.

Subalternum juramentum non excipiatur ſub pæna 100. Marc. forum ubiquinarium, 1578. f. 333. & 1581. f. 373. Ratione falsè extraditi Juramenti pæna 200. marc. *ibid.* à quietationibus nihil detur ſub pæna de injuſto Teloneo, forum ut immediatè, 1588. f. 470.

Teloneatores ad inuſitata *Juramenta* ultra ſtatutum, quod frumenta Nobilium ſunt propria non revendita, & boves propriîs frumentîs ſaginati, & merces Sylveſtres ſunt propriæ, homines non adigant. 1576. f. 291.

Telonea

Telonea Palat. Podlachiæ Privilegio Incorporationis contraria caſſantur pæna 1000. Marc. ſancita. Forum Tribunal. ad inſtantiam Nobilis vel Plebeii illius *Palatinatus*, 1588. f. 479.

Reviſores in ordine Thelonei apud Smiełowo, *Lisowo*, Smolno, in Czarny Las apud Chodzieſz & Chodecz ſalva reſolutione aſſignati. 1613. f. 8. & in Czarna Woda ac Oppido Werola, *ibid.* f. 15. & ſub Skrzydlow majus in fluvio Warta, *ibid.* f. 17.

Teloneum Mątevſcenſe Monialibus Strzelnenſibus approbatur, & domûs eo motivo *Junivladislaviæ* exſtructio conceſsa; *ibid.* f. 33.

A Mercatoribus à Sandomirienſi Teloneo declinantibus quolibet in loco Teloneum exigatur, 1616. f. 15.

In Raciborska, Taſzyce & *Jankow* in Palat. Cracov. Telonea approbantur. 1616 f. 19.

Declinatio à Teloneo, vulgò przemycenie cenſetur, quando de Regno Mercator extra Regnum evehit Merces ſine ſolutione Telonei, 1565. f. 93. forum in Officio Caſtr. Salva Appell. 1601. f. 735. & quando viis inconſvetis à Teloneo declinat, 1611. f. 34.

Trajectio in fluvio *Jezierna* in P. Maſoviæ ut pons uſui publico in illo ædificetur & conſervetur, Nobili Braun duo fundi ſubditorum in quibus Prædium ædificavit cum fundis in quibus Molendinum & ſtagnum fuerat Jure hæreditario hac in Villa *Jezierna* conferuntur, 1676. f. 46.

Commiſſio ratione Trajectûs ſub Koło approbatur, *ibid.*

Ratione Trajectûs in Falenty & Michrowie faciendi ad conſtituendam executionem pontalem & aggeralem Commiſſio deſignata, *ibid.* tandem approbatur exactio á Curru Mercatorum per 2. groſſos, à bove & equis per ſolidum, exceptis Nobilium Curribus, 1677. f. 34.

In fluvio Wiara ſub Przemysl pons exſtruatur in Tractu Lvoven. à *Curru* vectorum per groſſum, ſalva illius conſervatione ſub nullitate juris, 1676. f. 54.

*Pontes* ſub Villis Wykut & Mieſcan in T. Premisl. in locis Lutoſis ſub Sanbor exſtruantur & exactio ab equo per groſſum, à bove currui juncto per ſolidum conceſſa, tantùm à Mercatoribus & vectoribus ſalva Conſervatione, *ibid.*

In Korytniki in Sylva in tractu ad Krzywce tendenti viæ reparentur

tur & hac ratione per groſſum à Curribus Mercatorum & Vectorum exactio conceſſa in Palat. Ruſſiæ, ſimiliter in Villa Szadom ſub Szamborze, *ibid.* f. 55.

Trajectiones in Villis Izdebnia ſive Izdebki & Noſtrzen in T. Sanocenſi reparentur, & exactio per groſſum ab equo Vectorum conceſſa, 1677. f. 25.

Commiſſio ex re Trajectûs in aggere Grembanenſi Tomickiemu approbatur, 1676. f. 66.

Trajectio in Przecznie in P. Sirad. per commiſſionē agnita approbatur 1677. f. 32.

Trajectio in Dymlino in D. Viſlicenſi conſtituitur, Teloneum per groſſum à Curru Vectorum, 1678. f. 34.

Trajectus in Dniepr ad Capit. Camenecen. incorporatur, 1601. f. 756.

Trajectus ſub Wyſzſzogrod in Viſtula Eccleſiæ S. Joannis Varſaviæ per Duces Maſoviæ fundatus, deinde prævio Conſenſu LociOrdinarii Laſockiemu Capitaneo Wyſzſzogrod. reſignatus approbatur, & fundi circa Viſtulam in Wyſzſzogrod. in quibus Granarium, & aliud in Villa Kamionna in quo Zuppa eſt erecta jurè hæreditario incorporatur, 1678. f. 33.

Trajectus in Dnieſtr Struſiom reſtituitur in eorundem fundo ſitus, 1607. f. 851. Vide Pons.

Teloneum. Ubi ſpecialis mentio de Teloneo in Privilegio *v.* Inſcriptione facta non fuerit, Juri Regio id reſervatum eſſe cognoſcitur. 1510. Herb: f. 447.

Telonea & foralia à Nobilibus & Spiritualibus eorumq; ſubditis cum pro uſu ſuo emunt & vendunt, & à pecoribus rebusq; aliis non exigantur, ſecus ſi lucri Cauſa emunt, 1496. Herb. f. 448. Sub pœnis & reſtitutione damnorum Jure Terreſtri repetendorum, 1510. Herb. f. 447. & 1523. 1538. Herb. f. 452. & ab Aquaticis libertas, Herb. f. 450. & 452. qui tamen ad vendendum emunt foralia ſolvant, & à rebus mechanicis quas ſubditi ducunt exigantur, Herb. f. 448.

Et quantum Teloneator extorſerit ejus duplum ſolvat. Similiter Capitaneus ſi id fecerit, 1507. Herb. *ibid.* Forum Citatus ſequatur quod Actor elegerit, 1538 Herb. f. 450.

Hæc

Hæc libertas reaſſumitur, & ſi quis ad Juramentum ultra Rothā in ſtatuto Alexandri, 1504. deſcriptam provocatus fuerit, pæna 100. Marc. ſtatuta in omni foro repetenda, excepto Teloneo Extra Regnum & *Juramento*, 1578. f. 333.

Et Nobiles Terrarum Ruſſiæ ſimiliter à ſolutione Telonei liberi eſſe declarantur, 1543. Herb. f. 454.

Et Terr. Pruſſiæ prævio juramento quód Boves vel Equi pro Commodo proprio ſunt empti, 1581. f. 375. & 1638. f. 9.

Omnis Nobilitas & ſubditi eorum à Teloneo liberi, 1550. f. 3. & 1569, f. 151. 1576. f. 293. Idem pro parte Ducatûs Zatorienſis, 1581. f. 375.

Et qui à Nobilibus emunt boves ſint à Teloneo liberi, 1565. f. 93. Pæna 100. Marc. juramentum per Dominum *v.* famulum præſtandum eſt ſuper proprietatem, 1581. f. 383.

Et à frumentis Nobilium Teloneum non exigatur ſub pæna 100. Marc. in quovis *Judicio* repetenda, ſed eſt frumentum juramento evincendum, *ibid.* f. 373. Aucta pæna ad 500. Marc. 1588. f. 470. Diminuta ad 200. 1598. f. 693. & 1601. f. 737. & 1653.

Si quis Teloneum à Mercatore injuſtè perceperit, pænam injuſti Telonei luat in quovis Judicio, 1589. f. 521. & qui merces etiam in parte ſequeſtráverit, pænam 200. Marc. cum reſtitutione Mercium luat, *ibid.*

Propter Securitatem Mercatorum reaſſumitur Conſtitutio, 1589. & nonniſi in Civitatibus ubi ſunt Depoſitoria vulgo Składy Telonea exigantur, & Depoſitorio Lvovenſi cauta eſt ſecuritas, 1631. f. 54.

De injuſto Teloneo Statutum omnibus ſervit, 1578. f. 333.

Pro parte Ducatuum Zatorienſis & Osviecimenſis Conſt. 1581. reaſſumitur & à Lignis & piſcibus ex bonis hæreditariis prævio ſuper proprietatem juramento Teloneum non exigatur, 1699.

Nemo propria Authoritate Telonea exigat ſine conſenſu Regio ſub pænis arbitrariis, 1505. Alex. & nemo ſibi illud inſtituat, 1449. Herb. f. 446. & qui Literas non habent vel eas perdiderint, quærant gratiam Regis, 1519. Herb. *ibid.* quarum reviſio aſſignata, 1539. perpetuitatis Literîs & Poſſeſſionibûs ſalvîs. Sigis. 1543. Herb. *ibid.*

Teloneator nil ſe injuſtè exegiſſe juret, 1538. Herb. f. 450. Idem de Capitaneis Herb. f. 451. Agens pro injusto Teloneo juret vel eo deferente Citatus evadat Herb. f. 451. & quidem Nobilis Telonei exactor juret juxta quantitatem Summæ, Ignobilis verò pro Marcis 10. Metſecundus, & pro majori Mettertius, Herb. f. 452.

Exactor Telonei, Pontalis, aggeralis ſeu foralium ex bonis Nobilium & Spiritualium licèt non areſtatus per Dominum ſtatuatur ad ſatisfaciendum, & ſi non ſufficiet, extradatur *v.* Dominus pro eo reſpondeat illo non ſtatuto ſine appellatione, 1538, Herb. f. 451.

A bove ſaginato & equo vectorum per 3 groſsos Poſſeſſoribus intuitu pontalis exactionis exactio conceſſa, contra transgreſſores in Tribunl. Radom. forum 1726. f. 60. deinde ad fata Theſaurarii Regni niſi per unum groſſum conceſſa exactio ſub pæna peculatus aucta & ſeſſione Turris per dimidii Anni decurſum ex inſtantia Theſauri, 1736.

Si quis à tranſeuntibus cum Curribus vel bobus damnum ſe recepiſſe prætendit, id Miniſteriali & 2. Nobilibus vel in defectu perſonis juratis etiam vicinis conſpiciendum faciat, & quod pro damno decreverint exigatur, & ſi Citaverit juxta illam recognitionem damnum comprobet, 1538. f. 453.

Teloneum in proprio foro repetatur, Sigis. 1532. Herb. f. *ibid.*

Mercatores qui novum Teloneum transgrediuntur cum fautoribus tamquam pro Crimine peculatus puniantur, Sigis. 1510. Herb. f. 451.

Notarius Telonei falſam recognitionem acſi jam præſtiti juramenti exhibens, pænâ 200. Marc. Delatori & fiſco per medium puniatur, 1581. f. 373.

Teloneatores ſint Nobiles & poſſeſſionati, 1616. f. 14.

Inſtructuarium Anno 1676. f. 46. approbatum 1677. caſſatur deniq; hæc Conſt. 1677. ſublata 1678. f. 7.

Vado tranſire declinando pontem volenti non impediatur tranſitus, Herb. f. 450.

Qui Mercaturâ utitur Teloneo ſubjacet, & à viis non declinet. 1649. f. 2.

Non obſtantibus S. R. M. Libertationibus exigatur, 1659. f. 15.

quæ

quæ quidem libertationes abrogantur, Mercatoribus & *Judæis* datæ pæna Turris dimidii Anni & mulcta pecuniaria, 1736. f. 95.

A pecunia quæ per Mercatores de Regno evehebatur extra Regnum Teloneum ſub Confiſcatione conceſsum, 1659. f. 15.

Securitas Teloneatorum prout eſt ſub congreſſibus publicis cauta præcavetur, Reſidentiæ eorundem à ſtationibus Militum liberæ, *ibid.*

Moneta currenti Telonea exigantur, 1677. f. 8.

Ex una Camera obtinens quietationem, in altera ab eo nihil exigatur, proceſſus eo fine qua contra impoſſeſſionatum in foro omni præcuſtoditur, 1596. f. 682.

Reviſio circa Cameras Mercium etiam Nobilium conceſſa, ſalvo juramento ſuper proprietatem, ſuper verò protegentibus & ſub propriò nomine Merces alienas ducentibus pæna in damnificatores Theſauri ſtatuta reaſumitur, 1685. f. 19.

Regnicolæ intra Cameras & fines Regni Domicilium agentes, & in Oppidis Cameris Carentibus aliquid ementes, non tenentur ad Cameras deſcendere, verùm Teloneatores cuſtodiant in finibus Regni, ne in vicinas Terras educantur Merces, & Merces confiſcentur, & ſi priùs quàm Cameram prætererint acceptæ fuerint, cum pænis reſtituantur, 1540. Herb: f 456.

Telonea circa portum Ryscenſem & Kroleviecensem variis in locis uſurpata non obſtantibus Privilegiis poſt Conſt. 1673. lege non approbatis, abrogata ſunt, 1717.

THESAURARII vel eis abſentibus eorum Notarii *Judiciis* Aſſeſſorialibus aſſideant, 1607. f. 841. Superintendentes ſivè Adminiſtratores Teloneorum Nobiles & poſſeſſionati quolibet Anno Cameras viſitent & quotannis in Tribunali Radomien: prima feria 2. poſt inchoationem Tribunalis in præſentia Theſaurarii Regni ſive ejus Officii jurent, propter ſolvendas difficultates circa obtentionem Quietationis, quibus *Juramentis* evincitur, 1736. f. 95.

THESAURUS. Rex Theſauros colligat ut in Rempubl. poſſit eſſe liberalis. Caſim. Herb. f. 457.

TITULI æqualitati derogantes per neminem uſurpentur, neque in Cancellariis connotentur, 1638. f. 9. Duces & Nobiles pro uno

ſtatu Equeſtri reputantur. 1641. f. 8. Principatus, Comitatus, & Alii extraneorum tituli abrogantur, illis qui usus fuerit, pænæ Infamiæ ſubeſt. Reaſſumuntur priores Conſt: 1673. f. 28.

TRANSACTIONES in Actis Terr. & Caſtren: Nurenſibus & Livenſibus in D. Camenecenſi & Oſtrovienſi laceratæ ſinè principio, finè & Actu reperibiles prout ſunt extradantur, quod publicæ Calamitati imputatur. 1667. f. 38.

TRIBUNALITIA Decreta ejuſdem Authoritatis prout Comitialia, 1578. f. 327. 1588 f. 488. 1607. f. 837. 1613. f. 7. 1618. f. 5.

Circa proferendas Sententias nullus ſit arbiter præſens, 1578.

Securitas Tribunalis extenditur in circumferentia Civitatis & in perſonis adeuntium & redeuntium ex eiſdem Judiciis, 1613. f. 11.

Nemo in Majori Comitatu pro Judiciis Tribunalitiis veniat ultra 50. perſonas ſub pæna 1000. Marc. ratione verò Armorum ſeditionem præſeferentium pæna perpetuæ Bann. ex termino tacto extenditur, 1616. f. 3.

Petricoviæ inchoantur Judicia Tribunalis f. 2. poſt F. S. Franciſci, 1611. f. 6. Lublini f. 2. poſt D. Conductus, 1621. f. 16 determinantur Lublini in Vig. S. Thomæ, 1670. f. 19. Petricoviæ ante Dominicam Palmarum, 1726.

Judicium Terr, ſuper non revelanda ſecreta ſtubæ jurabit, 1578. f. 330.

Citationes ſub titulo Regio, ſigillo verò Terr. dentur, *ibid.* f. 331.

PP. Kijoviæ, Volhyniæ & Braclavien: Decreta Notarii (præſtito Juramento) horum Palatinatuum connotabunt, & ſui Palat. Sigillo obſigillabunt, Cauſas ad Regeſtra inſcribi curabunt, 1589. f. 541. & 1616. f. 22. Terminus ante incidentiam Cauſæ 6. Septimanarum in Palat. Volhyniæ, 1589 f. 541.

Decretorum Tribunalitiorum ante fata Regis prolatorum modo poſt Coronationem executio fiat, 1632.

## ORDINATIO REGESTRORUM LUBLINI.

A F. 2. poſt D. Conductus Regeſtrum Militarium & Suſpenſionum ad 24. Maji, ad ultimam verò Maji Cauſæ eorundem regeſtrorum Spirituales.

A die 1. Junii Regeſtr: Caſſand: Deduct: Nobilitatis Conſervatt: ad 25. ejuſdem, ad ultimam verò ejuſdem Cauſæ Spirituales. A die

A die 1ma *Julii* Cauſæ Palat: 1mo Cracov. cum ejus Diſtrictibus ad 12. Aug. Sæcularium, videlicet ad 5. Spiritualium verò ut ſupra ad 12.

A die 13. Aug: Regeſtr: Palat: Sandomir' cum ejus Diſtrict: ad 24. 7bris Sæcularium, ad ultimam verò Spiritualium.

A die 1ma 8bris Palat: Kijoviæ cum Diſtr: includendo Cauſas Spirituales ad 24. ejusdem, prima 7mna Palat: Kijoviæ, Braclav: & Czerniechoviæ tantum facti, reliquum temporis Cauſis mixti fori Potioritatum & Taxationum bonorum impendatur.

A die 25. 8bris Regeſtrum Palat: Ruſſiæ cum ſuis Diſtrict: Sæcularium ad 20. 10bris, Spiritualium ad Vigiliam S. Thomæ.

Secundo verò Anno exactis Cauſis Militarium & Caſſandarum ad ultimam *Junii*.

A die 1ma Julii ad 22. Palat: Vołhyniæ Sæcularium cum ſuis Diſtrictibus, ad diem verò 2. Aug; Conſervationum, deinde ad 10. ejusdem Cauſæ Spirituales.

A die 11. Augu: Palat: Podoliæ Sæcularium ad 22, Spiritualiū verò ad 27. ejusdem.

A die 28. Aug: Palat: Bełſenſis ad 13. 7bris Sæcularium, Spiritualium verò ad 18. ejusdem.

A die 19. ejusdem ad 4. 8bris Palat: Lublin. Sæcular. ad 10. verò ejusd. Spiritualium.

A die 11. 8bris Palat: Podlachiæ Sæcularium ad 2. 9bris Spiritualium ad 8. ejusdem.

A die 9. 9bris Palat: Braclav: incluſis Cauſis Spirit: ad Vigil: S. Thomæ, donec verò Palat: Kijoviæ, Braclav. & Czerniechoviæ ad Corpus Reipub. reddibunt, ex tunc Cauſæ mixti fori Potioritatum aliorum Palatinatuum judicabuntur ſub tempus Cadentiæ eorundē Palatinatuum dum eorundem Cauſæ defuerint, nec non regeſtrum Caſſand: in defectu Palatinatus alicujus Cauſarum, vel in defectu Cauſarum Sæcularium judicentur Spirituales, alterius verò Palatinatus Cauſæ extra Cadentiam non judicentur ne confundatur ordo Palatinatuum, ſed regeſtrum Tactt. judicetur. & Arianiſmi qualibet die & mane, nec non Incarcerat. Homicidiorū & Fiſci cum ſolis Exactoribus, & quis extra Cadentiam aliquē Con-

demna-

demnaverit ſuberit pænis Arbitrariis & nullitati proceſſûs, 1670. f. 19. reaſſumptum, 1726. f. 33.

Regeſtrum verò Ordinationis Zamoyſcenſis quolibet Menſe f. 4. in Cauſis ratione Bonor. Ordinationis ejusdem jüdicetur, 1726. f. 33.

Areſta Lublini ex appell. non currunt niſi ex Crudis Citation. 1670. f. 19.

Petricoviæ Tribunal ad Vigiliam F. S. Thomæ, à Craſtino verò Circumciſionis Xſti Domini ad D. Palmarum celebretur, 1726. à f. 2. poſt F. S. Franciſci ad 15. 9bris Regeſtrum Palat: Posn: & Caliſs.

A die 16 9bris ad Vigil: S. Thomæ. Palat: Siradien. & T, Vielunenſis.

A Craſtino Circumciſionis Xſti D. excepta die Dominica ad 18. Januarii Regeſtrum Militarium.

A die 19. Januarii ad ultimam ejusdem Regeſtrum Paritatis votorum & Suſpenſionum.

A die 1ma Febr. ad ultimam ejusdem Palat: Lancicienſis.

A die 1. Martii ad D. Palmarum Palat. Breſten. & Junivlad.

2dô Annô à F. 2. poſt F. S. Franciſci ad ultimam 8bris Regeſtrũ T. Dobrinenſis & Palat: Plocenſis.

A die 1ma 9bris ad Vig. S. Thomæ, Palat: Maſoviæ, incluſis (non obſtante Conſt. 1589. f. 519.) Cauſis Spiritualium, per 6. dies judicandis.

A Craſtino Circumciſionis Xſti Domini ad 18. *Januarii* juxta Conſt. 1676. regeſtrum Militarium.

A die 19. *Januarii* ad ultimã ejusdẽ, Regeſtrũ Paritatis Votorum.

A die 1ma Febr. ad ultimam ejusd. Palat: Ravenſis.

A die 1ma Martii ad D. Palmarum, ſervatâ alternatâ regeſtrorum ſine areſto & areſtorum & incluſis more aliorum Palat. Cauſis Spiritualium Regeſtrum Terr: Pruſſiæ, 1726 f. 33.

Cauſæ Spiritualium Mixti fori, & Compoſiti Judicii per 6 dies, obſervatâ regeſtrorum alternatâ in fine Cadentiæ Palatinatûs judicabuntur, in fine verò Cadentiæ regeſtrorum Militarium & paritatis Votorum per 3. dies *ibid.*

Regeſtrorũ qualitas Petricoviæ. Ex Areſto. Sine Areſto. Simplicium. Arianiſmi Fiſci. Militarium. Paritatis Votorũ. Tactorũ. Violatæ Securitatis

ritatis & Incarcerat. Expulſionum. & ex Remiſſionibus & Conſervat. Mixti fori, Compoſiti Judicii & ultimum Pænalium *ibid.* f. 21. & ſic acclamabuntur.

F. 2. de mane ſine Areſto Palat. poſt meridiem ſimplex Palat. ad horam 6. deinde Tactr.

F. 3. ex areſto Palat. & poſt meridiem.

F. 4. & 5. tota die ex Remiſſionibus ſine Areſto totius Provinciæ & expulſionum ante omnia.

F. 6. eadem quæ f. 2.

Sabbatho eadem quæ f. 3. qualibet verò die à hora 6. poſt meridiem regeſtrum Tactorum. Sabbatho Pænalium.

Cauſis Fisci ſemel in menſe dies feria 5. poſt meridiem præfigitur.

Deficiente ſimplici regeſtro decidantur Cauſæ ex regeſtro de mane acclamato.

Arianismi regeſtri Cadentia qualibet die de mane juxta Conſt: 1670. f. 21. deſignatur, 1726. f. 23.

Poſt præſtita *J*uramenta *J*udicium Terr. regeſtrum Deputatorũ Sæcularium ejusdem tantum Provinciæ ex qua Mareſchalcus ex alternata eligi debet, unocharactere conſcribat, & cuilibet Deputato reddat, ex quo regeſtro Deputatus quilibet Schedam eligendi Mareſchalci dabit, reliquum regeſtri comburet. Præſidens verò Tribunalis cum duobus Sæcularibus ex utraque Provincia primis, Schedarũ pluralitatem obſervabunt, & qui Votis prævalebit, ſtallum Mareſchalci obtinebit, in caſu verò paritatis Votorũ, ſecundariò vota dentur, nullus verò ſub nexu juramenti favore ſui Votum det, 1726. f. 24.

Alternatá verò Porrectionis Mareſchalcalis conſtituta, 1712. f. 8. Virga directionis hora 7. de mane ad locum *J*udiciorum adferatur, poſt meridiem hora 2. & etiamſi Mareſchalcus non advenerit, ſed ſi Completum *J*udicium fuerit, Cauſæ judicentur: & locum Mareſchalci tantisper primus ex Provincia juxta alternatam occupabit, 1726. f. 25.

Mareſchalcus non debet Tribunal limitare anticipando tempus præſcriptum, neque eandem *J*udicium Terr: ſuſcipere ſub pæna 2000. Marc. in futuro Tribunali ex cujusvis inſtantia irroganda, excepto Caſu peſtilentiæ & hoſtilitatis, *ibid*, f. 28.

*Judi-*

*Judices* Deputati & patientes ebrii ad locum *Judicii* non veniant *ibid.* f. 47.

Authoritas *Judicii* Terr. Sirad. plena cavetur, 1613. f. 31.

TRIBUNAL Theſauri R. Radomienſis f. 2. poſt F. S. Stanislai in Majo inchoabitur, & per 6 Septimanas quotannis celebrabitur, 1667. f. 7. Securitas plena proviſa, *ibid.* & 1662. f. 4. 1675. f. 10.

Commiſſarii ex Palat: & Terr. electi ſint jurati coram Officio Caſtr: Radomienſi, 1613. f. 6. rotha *Judicum* Deputatorum cum additamento, 1662. f. 4. Coram Officio Terr: Sandomirienſi *v.* illo vacante coram Judicio Caſtr. Radomienſi cum additamento, 1685. f. 4. Iterum cum additamento, 1717. f. 60. & 1726. f. 8. Sed additamentum prout non concurrebat ratione functionis ſublatum, 1736. f. 97. quibuslibet Comitiis reaſumitur & Commiſſarii ex Senatorio Ordine eliguntur.

Decretorum Authoritas proviſa, quæ Notarius Caſtr. Radomienſis connotabit, 1613. f. 6. deinde *Judicium* Terreſtre Sandomirienſe, 1673. f. 10. Inter Regentes alternata facta, 1726. f. 8. & 1736. f. 97. Sigillo Caſtr. obſigillabuntur, & per 2. Commiſſarios ſubſcribantur, 1613. f. 6.

Per Palatinatus Commiſſarii in Comitiolis relationum eligantur ſalariandi, 1667. f. 7. & 1673. f. 10. per unum ex Palat: & Terra, per duos ex Generali, 1685. f. 4. & 1690. f. 7. & 1717. f. 60.

Commiſſariis ex Ordine Senatorio more antiquo ex Theſauro Regni Salaria reaſſumuntur, in Caſu non effectuatorum Comitiolorum boni Ordinis, primus in Ordine Senator vel Officialis Exercitum tempore præſcripto conſcribat (prævia Inquiſitione) & Tribunali remittat, 1726. f. 8.

Quotannis 20000. flor: ex Theſaro in Diſpoſitionē Tribunalis exſolvantur, & cuilibet Commiſſario ab exercitu, 3000. flor: 11000. verò Deputatis à Cohortibus & Regiminibus & Directori aliisque Perſonis obſequio Tribunalis ſubjectis ex hac ſumma diſpartientur. *ibid.*

Pro expenſis Stubæ Theſaurus Regni, 13500. flor. quotannis perſolvet, exquibus 1500. Inſtig. ſive ViceInſtigatori Regni per totam Cadentiam ſeſe non abſentanti, *ibid.*

Commiſſarii etiam poſſunt eligi in Palat. in Comitiolis boni Ordinis, 1717. f. 60.

Cuili-

Cuilibet Commiſſario Senatori præſenti in Tribunali 3000. flor. (abſentibus exceptis) Et 15000. flor. in diſpoſitionem Præſidentis & Mareſchalci Theſaurus quotannis enumeret, ex quibus 400 flor. Inſtigatoribus 4. Inſtigatori verò Regni, 1500. exſolvantur: videtur eſſe meliorata Conſt. 1717. Sancitt. 1736. f. 97.

Proceſſus Tribunalis per Capitaneos exequetur ſub P. 500. Marc. in Trib. Ordinario repetenda, 1628.

Juramenta ſuper Confrontationes Regeſtrorum per 2. à Vexillo & per Officiales à Regimine præſtari debent, 1736. f. 97.

Colonellus ſive Rothmagiſter ſi fuerit electus in Commiſſarium, ejusdem Regiminis ſeu vexilli Cauſam non judicabit, 1662. f. 4.

Mareſchalcus ex Senatorio v. Equeſtri Ordine alternatâ Provinciarum obſervatâ eligatur, 1726. f. 8. à Minori Provincia alternata inchoabitur, 1736. f. 97.

Tractamenta Exercitûs abrogantur, 1726. f. 8.

Ratione injuriarum inter Exercitum juxta Conſt. 1717. ſit regeſtrû diſtinctum, 1736. f. 97.

TURRES inſedentibus Capitanei minimè parcent ſub pæna ſtatuti, 1550. f. 4.

Neque Camina extruant & ſuperiores habitationes ſub pæna 400. Marc. in Judicio Terreſtri repetenda, 1578. f. 333.

Turres Capitanei reparent ut ſint in profunditatem, 12. Cubitis profundæ, ſub pæna 200. Marc. in Tribunali repetenda, 1588. f. 465. & 1726.

Si Turris in Diſtrictu, ubi Crimen patratur, non fuerit, extunc aſſignetur in Civitate prima ejusdem Palat. 1588. f. 465.

TUTORES Naturales ſivè inſcripti, non tantum de Cenſibus & Jumentis indomitis juxta ſtatutû Caſim. 1368. Herb. f. 468. Sed & de proventibus omnibus Bonorum coram Judicio Terreſtri rationem faciant, circa verò apprehenſionem Bonorum in præſentia binorum Amicorum de linea Paterna Inventarium Bonorum & proventuum conſcribant, 1569. f. 100. & 1565.

Tutor bona Pupillorum non alienet neque vendat, neque limitet, alienata Pupilli præſcriptione non obſtante repetant, Herb. f. 468. *Vide Minorennes.* Exceptis Oneribus Herb. f. 466.

Raptum Vindicent, 1607. f. 848.

VACANTIÆ in Menſibus Militaribus 7bri 8bri 9bri & 10bri ad recommendationem Ducum Exercitûs Militibus conferantur, 1662. f. 10. reaſſumpt. Pact. Conv. 1736.

In Terris Pruſſiæ Vacantiæ veris Indigenis conferantur, Conſenſus ad cedendum Nemini dentur, 1647. & 1736. in Pact: Conv.

VAGABUNDI rapinas committentes omnibûs bonîs priventur, Herb. f. 469. per Capitaneos Cohibeantur, Herb. f 470.

Qui ad Annum integrum ſervitium non habuerint per Civitates ſervitiis aſſumantur, Herb f. 469.

Ruſtici Civitatem ingreſſi & ad 3. diem ſervitio vel artificio non applicati per Magiſtratum detineantur, vincti compedibus ad faciendos aggeres & foſſas adhibeantur, & per Capitaneos, donec Dominus eos repetierit, & eſſe ſuos docuerit, detineantur, Herb f. 470.

Sileſiam & Pruſſiam tempore meſſis ſeſe conferentes retineantur, laboribus Regnicolarum applicentur, Herb f. 471. ad uſus detinentis ſine Mercede, ad unum menſem retineantur, deinde ad propria revertantur, præcipuè Arcium finitimarum Capitanei ipſorum tranſitum non permittant, Herb. f 471.

Vagabundi & exceſſivi per Officia Caſtr: & Civitatenſia ac in bonis Nobilium per Poſſeſſores detineantur uſque ad requiſitionem proprietarii Domini, 1593. f. 643. pæna ſuper Civitatis Magiſtratu duplex 14. Marc. in Caſtro repetenda. hæc Lex pro parte Palat. Poſnan. & Caliſs *ibid.* Sed eandem Palat. Lancicienſis, Siradien. Plocen. Maſoviæ & Bełſen. ſuſceperunt, 1601. f. 736. reaſſumitur Palat. Poſnan. & Caliſs. 1616. f 29. & Palat. Sandomir. 1638. f 36. Nec non ſuperiores Palat. Siradien Cujaviæ & Pomeraniæ, 1620. f. 23. Ratione verò non extraditionis ſubditi exceſſivi forum in Caſtro perempt. ſub pæna 100. Marc. exceſſivi verò intelliguntur, Domibûs carentes, annuatim non inſervientes, agros non colentes, Tabernas & Inquilinatus non poſſidentes *ibid.* Tandem Laudum de vagabundis approbatur Palatinatibus. *vide* Laudum. Extradantur vagabundi ſub pæna 200. Marc. Poſſeſſoribus, quorum per Annum ſubjecti poſſeſſioni fuerant, (proprietariis Dominis exceptis) 1633. f. 46. Idque ex omnibus bonis, forum in Caſtro ſinè appellatione, *ibid.*

Vagi

Vagi quoque Nobiles ex termino tacto in Criminalibus & Civilibus Cauſis in Officio Caſtr. reſpondeant ſalva appell. 1598 & 1611. f. 3. Sed inculpatus in Carceribus detineatur ad Cauſæ deciſionem, ſimiliter & Civiliter inculpatus, ſi fidejuſſorem poſſeſſionatum non habuerit, 1611. f. 3 Oneribus & Jurisdictioni Civitatis non ſubjacentes de Civitatibus expellantur, *ibid.* f. 27.

Vagabundi revenditores & Artifices per Capitaneos & Civitatum Magiſtratus expellantur. Nobiles eos non protegant, Officium Caſtr. Juſtitiam de eis faciat, *ibid.* præcipuè ſub tempus expeditionis bellicæ, per Civitates, ſub pæna 200. Marc. in Officio Caſtr. ſine appell. repetenda, expellantur, 1621. f. 8.

VIIS antiquis Mercatores eant ſub confiſcatione, Herb. f. 473.

Securitas viarum Cauta, & Capitaneis defenſio præcommiſſa, *ibid.* & 1589. & 1649. f. 2.

Latitudo Viarum conſtituta Herb. f. 474. & 1569. f. 189.

Viæ verò ordinatæ & circumſcriptæ mercatoribus, 1565. f. 115. & 1616. f. 15.

Via ad Eccleſiam, Molendinum, FORA & ad TRAIECTUM non denegetur per vicinos, quinimo aſſignetur, & ſi quis viam antiquã perdiderit, ſimilem priori deſignare tenetur, 1576. f. 304. In Except. Malov.

VEXILLIFERI in funere Regio ſint præſentes, 1573. f. 220.

Sub generali expeditione vexillum extendant & Diſtrictibus Vexilliferis carentibus dent vexilla & ſubſtitutos 1621 f. 3. & ubi ſunt in Palatinatu duo vexilliferi, tunc Diſtrictus exdividant inter ſe. *ibid.*

VICECAPITANEI ab expeditione bellica ſunt excepti, in Caſtris reſideant ſub pæna de expeditione bellica ſancita, 1621. f. 9. ſint poſſeſſionati, 1550. f. 7. & in Palat. Podlachiæ Nobiles & poſſeſſionati ſint, 1569 f. 192.

Vicecapitanei & Vicenotarii Caſtr. Zakrocimenſes, Livenſes, Zembrov. jurati & poſſeſſionati ſint ſub pæna 100. Marc. 1690. f. 581. Camenecen. & Latyczov. ſint poſſeſſionati, 1616. f. 25. & in Palat, Ruſſiæ, 1631. f. 25.

VICEPALATINI Podlachiæ ſint poſſeſſionati & jurati, 1569. f. 192. in quærellis ſive Judiciis Terr. ſub privatione, & pæna 500.

Marc. parti & Judicio per medium ſolvenda Omnes jurent, Officia Caſtr. non teneant, extra tempus in Taxationes non ſe immiſceant, ſub tempus Nundinarum homines non depactabunt, forum Tribunal, 1633. f. 37. Sint poſſeſſionati, de Judæis Juſtitiam miniſtrent, ſalva appell. in nonnullis Cauſis ad Palatinum, *ibid.* f. 38. à Palatino verò in Cauſis, 100. flor. non excedentibus Appellatio non admittatur poſt Curiam, ſub nullitate proceſſûs, & pæna 100. Marc. In Civilibus Cauſis Judæi ad aliud forum non evocentur, *ibid.*

VIDUA. Statutum 1368. Herb. f. 472 abrogatur & Statutum eſt. Vidua ſi dotem reformatam habet, alia bona dotalitio non ſubjecta maritô mortuô ſucceſſoribus reddat, 1423. Herb. *ibid.*

Solùm circa Parapharnalia domeſtica remaneat, & circa omnia pecora, equos vectigales quibus in vita mariti vehebatur, Theſauro, pecuniis, argento, equis magnis exceptis, veſtes verò & equi in valore 3 Marc. exiſtentes, æqualiter viduæ cum Succeſſoribus dividantur. Vlad. *Jagiello*, Herb. f. 473.

Dum aliquis copulat ſibi Virginem, & non facta reformatione moritur, ſolvantur viduæ 30. Marcæ pro Crinili, aut poſſeſſio 3. Marc. proventus exdividatur ad perſolutionem Crinilis, ſeu penſio eidem conſtituatur. Alex. 1505. Herb. *ibid.*

Vidua morte mariti tenetur regeſtrum per ſe ad acta porrectum comprobare, conſvetudo.

VIOLENTIA. Proprium Mantellum vel rem aliquam ſi quis violenter interceperit, reſtituat cum pæna 6. Marc. Herb. f. 477.

Dives per pauperem citatus per Teſtes ſe debet expurgare, *ibid.*

Nobilis violentiam in Civitate inferens per Officium Civitatis detineri poteſt, puniri verò non, niſi ad præſentiam Officii Caſtr. 1527. *ibid.* Injuſtè detento pæna 60. Marc. ſolvatur, 1538. *ibid.* Vide Civitates.

Ratione Violentiæ in Palat. Kijoviæ, Braclav. Volhyniæ & inter Palat. Ruſſiæ, Belſen. Volhyniæ & Braclav. forum in Caſtro, 1578. f. 337.

VIRGINEM ſi Tutor vel Patruus bona ejus poſſidens in Matrimonium locare noluerit, cum ſcitu aliorum Conſangvineorum nubere poteſt. Vlad. Jagiello, 1423. Herb. f. 479.

Qui-

Quicunque Virgini, Viduæ *v.* Conjugatæ in Campo, Sylva *v.* alibi violentiam fecerit, & illa infra triduum hac vel in Viciniori Villa clamando id promulgaverit, & ſigna oppreſſionis ſi apparuerint, & ipſa juraverit, in gratia Regia & ejus conſangvineorum oppreſſor exiſtat, prævio ſcrutinio, & ſi calumnioſè aliquem accuſaverit, & Citatus cum 6. Teſtibus ſe expurgaverit juramentô, extunc Calumnians puniatur, Herb. f. 480.

VIR bonæ famæ pro violentia Citatus, ſi Actor id quod aſſerit probare non poterit, proprio Juramento ſe expurgabit. Caſim: 1368. Herb. f. 481.

VISIO non datur in Cauſis ſimplicis injuriæ & proprii laboris, niſi in Cauſis hæreditariis & fundum tangentibus, 1588. f. 481.

Securitas Viſionum ut *Judiciorum*, *ibid.*

Pro termino Viſionis pars ſi non paruerit, Cauſam perdit, 1576. f. 302. in except. Maſov. & ſi violenter impugnaverit, beneficiô viſionis privabitur, *ibid.*

Viſiones in Cauſis fundi in Palat. Volhyniæ abrogantur, 1613. f. 31.

Et ſi quis ratione Coarationis fundi, vel ratione prati Citatus ad Viſionem ſeſe receperit, & factum negaverit, *Jus* non oſtenderit, evadat, & Actor circa fundum maneat, ſed ſi jus remonſtraverit, judicandum eſt ex controverſia, 1576. f. 303. In Except. Maſov.

VENATIO. Nemo in alterius fundo ſine conſenſu Venationes faciat in Terr. Pruſſiæ ſub amiſſione rerum, equorum & Curruum, nec in Sylvis feras, domare, 1538. Sigis.

Neque bombardâ in propriis ſive alienis Sylvis quis utatur ſub pæna Centum Aureorum, *ibid.*

VENDITOR oſtendat hæreditatis Limites & intra tres Annos & totidem menſes emptor tuebitur, habes ſuperiùs latè.

In venditione bonorum, quòd ſit facta, etiam conſangvinei poſſunt teſtari 1368 Herb. f. 466 & 471

VULNERA ante hac per miniſterialem conſpiciebantur, Herb. f. 500. Nunc quamprimum obducens poteſt, coram Actis ſint producenda, & poſtea juramento cum 3. Teſtibus comprobanda, *ibid.*

Cives Bonorum Regalium & Terr. pro Vulneribus & Homicidiis

diis *Jus* polonicum ſub pæna 14. Marc. in Judicio Terr. repetenda miniſtrent, Herb. f. 101.

Actor pro membrorum mutilatione mettertius juret, Herb. f. 501.

Vulnera in defenſione illata ſunt invindicabilia, *ibid.*

Actorem per ſemetipſum in contentione vulneratum Citato aſſerente, Citatus admittatur ad probandum, & ſi extra Contentionem, vulnerato competit probatio, Herb. f. 503.

Cmethoni plaga ſine ſangvine illata 6. Marcis aluatur, Herb. f. 502.

Militi pro plaga per Cmethonem illata XV. pæna ſolvatur & Judicio ſimilis, & ſi fuerit vulnus baculo cruentatum, ſicut pro gladiali ſolvatur, Herb. *ibid*

Vulneratus ſi quis fuerit etiam ludendo, vulnus ſolvatur, Herb. f. 503.

Præſcriptio ratione vulnerum 3. Annorum & totidem Menſium, 1588 f. 462.

